Diuiſio ſunt vocati. ⁊ ideo prima diuidiť in duas ptes. q: p̄mo deſcri/
biť iudeoꝝ reprobatio digna. ſcḋo gētiū vocatio benigna/ibi:
Tūc ait ſeruis. Circa primū dꝫ ſic. b ¶ Siľe factū ⁊c̄. i. ſta/
tus eccl'ie militātis. c ¶ Hoi regi q̄ fe. nu. ⁊c̄. Nuptie iſte
nō poſſunt itelligi btitudo eterna in eccl'ia triūphāte: q: infra
dꝫ ꝙ ſerui vocauerunt ad nuptias bonos ⁊ malos: et implete
ſunt nuptie. Diciť etiā ↄñr ibidē ꝙ inuētus eſt ibi hō non ha/
bens veſtē nuptialē: ⁊ ꝓpter hoc eiectus in tenebras exterio/
res. Ad beatitudinē ſo celeſtē nō admitteñ boni cū malis:
ſed ſolum

Nico. de lyra

ſed ſolū boni. nullus etiā ibi recept⁹ eiici D
tur: ⁊ iō ꝑ iſtas nuptias intelligiť verbi
incarnatio. Tūc eni de⁹ pater fecit nupti
as filio ſuo qñ naturam humanā copula/
uit nature diuine in ſuo ſuppoſito: q̄ qui
dē nuptie celebrate ſūt in vtero v̄ginali.
De quo xp̄s: Exut tāq̄ꝫ ſpōſus ꝓcedēs de
thalamo ſuo. d ¶ Et miſit ſer. ſu. ⁊c̄. ✝Lu.14.d
iſti inuitati ſunt iudei q̄bus data eſt lex i
q̄ facta eſt ꝓmiſſio de incarnatiōe xp̄i: vt
patet Geñ. penul. b. Nō auferetť ſceptrū
de iuda ⁊c̄. ⁊ Deuť. xviij. c. Prophetam
ſuſcitabo eis de medio fratruꝫ ſuorū ⁊c̄.
Serui aūt qui miſſi ſunt ad vocandū in
uitatos iſtos fuerūt ꝓphete q̄ clarius de
nūciauerūt ea de xp̄o q̄ obſcuri⁹ erāt po/
ſita in lege. hortabanť eni pplm iudaicū
expectare chriſti aduentū: ⁊ tēdere i ip̄m
ꝑ fidē ⁊ bona opa. e ¶ Et nolebant
venire. q: nolebāt v̄bis ꝓphetarū obe
dire: vt ptꝫ ex decurſu libri Reg. ⁊ Pa/
ral. f ¶ Iterū miſit ali. ſer. ⁊c̄. Iſti
ſerui ſcḋo miſſi fuerūt illi q̄ de ꝓpinq̄ de/
nūciauerūt aduentū chriſti: vt Iohes ba
ptiſta ⁊ diſcipuli chriſti miſſi ab eo in om
nē ciuitatē ⁊ locū q̄ ip̄e erat vēturus: vt
habeť Luē. x. g ¶ Ecce prādi. meū
paraui. videlicet ſacra eccl'ie ⁊ doctrinā
quib⁹ reficiť aīa: ⁊ potiſſime ſacramento
eucharistie: in quo dať nobis caro chriſti
in cibum. ⁊ ſanguis eius in potū. h ¶ Tauri mei et al. ⁊c̄.
tauri ſunt precepta moralia: altilia conſilia ſuperaddita.
✱ Illi autem ne

Moraliter. b ¶ Siľe ē reg. ce. ⁊c̄. Iſtud nuptiale ↄuiui Moraliter
um ē eucharistie ſacramētū ad qḋ xp̄s inuitauit iudeos Ioh.
vj. d. dicēs: Nō moyſes dedit vob̄ panē de celo: ſꝫ pr̄ me⁹ dat
vob̄ panē verū de celo. Et iſtud ↄuiuiū i cena dñi fuit paratū.
Per tauros ⁊ altilia ſignificāť ſpūſſcti dona q̄ ↄferūť i huius
ſacramēti ꝑceptiōe deuota. d ¶ Et miſit ſer. ſ. apl'os alioſq̄
diſcip'los. g ¶ Dicite inui. i. iudeis a xp̄o iā inuitatꝭ. q̄ꝝ aliq̄
renueťt venire ꝑ negligentiā: ⁊ aliq̄ ꝑ occupationē terrenā: et
aliq̄ ꝑ inimicitiā: q: xp̄i ſeruos occiderunt. ſ. ſtephanū: iacobū
fratrē iohānis ⁊ iacobū iuſtū: vt habeť in actibus Aplorum.

E G quia interna charita
te: noui teſtamẽti pre
cones: contẽplatiõis
pẽna ſugna perẽtes.
Occiſa vel ab eo ꝙ
fuerãt: vel ꝑ mortem
carnis iã in requie poſi
ti. a ¶ Alius i vil.
In villam ire eſt ter/
reno labori imodera
te incumbere. Nego
ciari vero terrenis lu
cris inhiare.
b ¶ Rex autẽ. Su/
pra homo dux inuita
bat et opera clemen/
tie agebat: nunc in vl
tione rex tm̃. c ¶ Et
miſſis. Miſſis exer
citibus: id eſt ãgelis
per quos iudiciũ ex/
ercebit: perſequẽtes
perdit: et ciuitatẽ: id
eſt carnem in qua ha
bitauerunt cum ani/
ma in gehẽna crema
bit. d ¶ Nuptie q
dem para. Omne ſa
cramentũ incarnatio
nis peractum eſt na/
tiuitas et paſſio ꝛc̃.
e ¶ Ad exitus ꝛc̃.
Actiones ſũt vie: exi
tus defect⁹ actionũ:
quia plerũqꝫ facile cõ
uertuntur quos i ter
renis actibus proſpe
ra nulla comitantur.
f ¶ Ut videret di
ſcumbentes: id eſt
vt videri faciat iudi/
candorum merita et
diſcernat.
g ¶ Nõ veſtitũ ve
ſte nuptiali. confu
tatio autẽ phariſeis
ſupponit nõ omnes
qui ſunt in eccleſia eẽ
dignos regno: ne tor
peãt ſui. h ¶ Ami/
ce quõ huc intraſti
nõ ha. veſtẽ nup.
amicus qui ad nupti
as inuitatus. quomõ
impudentie arguit.
i ¶ Ligatis mani
bus ꝛ pedibus. li/
gãtur pena hic a ma/
lo noluerũt ligari. id
eſt cohiberi. Man⁹
que nõ extenſe ad ele
moſynã. Pedes tar/
di ad bonum. Ibi ſin
gula membra penis
† 23.di.c.ec cleſie ſubijcientur: que hic
ſingulis vitijs ſeruie
runt. k ¶ Exterio.
ꝛc̃. quia hic iteriores
habent tenebras cor
dis. l ¶ Multi au
tem ſunt vocati.
repulſo vno in quo
† ꝫ.20.b oẽ corpus malorum
exprimitur: generalis
ſnĩa infert. Multi
autẽ ſunt vo. quaſi
ꝛ ſi dẽ vno dixi: dẽ mul
† mar.12.a Lu.10 d tis eſt intelligendũ.
G Cũ herodia

a ¶ fide ceteris ↄcordando.
lia occiſa ſũt: ꝛ oĩa pata/ venite
a ¶ ſalutis ſue pconiũ.
ad nuptias. Illi autẽ neglexe/ a
a rũt ꝛ abierũt: alius in villã ſu b
am: alius võ ad negociationẽ
a ¶ alij nõ ſolũ ↄtẽnãt ſed ꝛ pſequũtur.
b ¶ de mortib⁹ diſcipuloꝝ dicit: q̃ ſupra i
alia parabola de morte ſua dixit.
ſuã.† Reliqui võ tenuerũt ſer c
uos eius/ ꝛ ↄtumelijs affectos
a ¶ vocem ſanguinis.
b occiderũt. Rex aũt cũ audiſſet d
a ¶ tamen cum tranquillitate iudicans.
b ¶ romanis ſub tito ꝛ veſpaſiano.
c irat⁹ ẽ: et miſſis exercitib⁹ ſuis e
a ¶ iudeos interemit. b ¶ hieruſalem.
ꝑdidit homicidas illos ꝛ ciui/ f g
a ¶ adhuc alios inuitat: qꝛ ſermo dei ꝛ ſi
alicui laborat alibi requieſcit.
tatem illoꝝ ſuccẽdit. Tũnc ait h
d ſeruis ſuis: Nuptie qdẽ para i
a ¶ iudei. b ¶ ꝑ legẽ ꝛ ꝓphetas.
te ſunt: ſed qui inuitati erant k
e non fuerũt digni. Ite ergo ad l m
a ¶ vie ſunt errores gentium. b ¶ cuiuſ
exitus viarum/ ꝛ quoſcunqꝫ in n
cunqꝫ conditionis. ¶ ad fidem.
ueneritis vocate ad nuptias.
a ¶ de iudea. b ¶ ſectas gentiũ.
Et egreſſi ſerui eius in vias cõ o
a ¶ ſicut eccl'ia inter celum ꝛ infernũ eſt:
indiſcrete malos ꝛ bonos colligit.
gregauerunt omnes quos in/
uenerunt malos et bonos: et p
a ¶ crediderant quotquot preordinati
erant ad vitam.
implete ſunt nuptie diſcumbẽ
a ¶ ad iudiciũ veniẽs illuminabit ↄſcias.
f tium. Intrauit autẽ rex vt vi/ q
a ¶ in fide requieſcentes.
deret diſcumbẽtes et vidit ibi r
a ¶ oẽs q̃ in malo ſunt vnũ. b ¶ .i. fidẽ
habentẽ nõ opera charitatis ꝑ quã dñs
ad ſociande ſibi eccl'ie nuptias venit.
g hominem non veſtitum veſte
¶ impudentie arguit.
h nuptiali/ ꝛ ait illi: Amice quo s
a ¶ per fidem non ꝑ operationem.
modo huc intraſti nõ habens
a ¶ noui hoĩs ſed veteris. b ¶ quia nõ
locus negandi ibi eſt.
veſtem nuptialem: At ille ob/ t
mutuit. Tunc dixit rex mini/ v
a ¶ ligantur pena qui ligati fuerunt cul/
pa a bonis operibus.
i ſtris.† Ligatis manibus et pe/ x
dibus eius mittite eum in te/ y
a ¶ inferni. qꝛ hic interiores habẽt tene/
bras. b ¶ oculoꝝ in vanis vagoꝝ. ¶ q̃
de edacitate gauiſi ſunt.
k nebras exteriores: ibi erit fle/ z
l tus et ſtridor dentiũ.† Multi a
a ¶ ad nuptias. b ¶ fide. c ¶ ad regnũ
aũt ſunt vocati: pauci vero ele b
a ¶ vt aliquid quaſi eo ignorãte extorq̃/
rent ab eo in quo argui poſſet.
cti.† Tunc abeuntes phariſei c

a ¶ Illi aũt ne. qꝛ iudei p̃dicationẽ xp̃i ꝛ aploꝝ ↄtem G
pſerũt: qꝛ pauci cõparatiue dẽ iudeis crediderũt. cã aũt huiꝰ
fuit cupiditas rerũ tẽporaliũ. ꝓpter h̃ eñ ſacerdotes ↄſpira
uerũt in mortẽ xp̃i ne ꝑderẽt ciuitatẽ ꝛ tẽplũ: in quo q̃dẽ tẽ/
plo hauriebãt pecuniã ppl'i vt viſum eſt capitulo p̃cedẽti ſb
obtentu cult⁹ diuini. ꝛ hoc eſt qđ ſubdit: b ¶ Et abierũt
ali⁹ in vi. ſuã. ali⁹ in negociationẽ ſuã. Per laborẽ villce
intelligit oĩs occupatio corpalis circa terrena ipediẽs diui
na. ꝑ negotiationẽ võ occupatio mẽtal' circa talia. c ¶ Re
liq̃ võ te. ſer. ei⁹ ꝛ ↄtu. af. occiderũt: qꝛ iohẽs baptiſta
ab eis eſt incarcerat⁹ ꝛ occiſus. ſilr̃ iacob⁹ frat̃ iohãnis ꝛ ſte
phan⁹ ꝛ alij diſcipuli xp̃i ꝛ ſilr̃ ꝓphete multi in teſtamẽto ve
teri. d ¶ Rex aũt cũ au. ira. eſt: qꝛ a deo merito ꝓ talib⁹
ſũt puniti. e ¶ Et miſſis ex. ſu. ſ. exercitu romanoꝝ ſb p̃n
cipib⁹ tyto ꝛ veſpaſiano q̃ ex diuia ordinatiõe venerũt ↄtra
hierl'm. xlij. ãno poſt xp̃i paſſionẽ. f ¶ Perdidit ho. il. qꝛ
vltionẽ ſanguinis xp̃i ꝛ ſuoꝝ diſcipuloꝝ ab exercitu roma/
noꝝ ſũt trucidati ꝛ captiuati de iudeis vſqꝫ ad decies cẽtũ
milia: vt dicit Ioſeph⁹ i libro de iudaico bello. g ¶ Et ci/
uitatẽ il. ſuccendit. qꝛ tũc hierl'm ſuccẽſa eſt ꝛ tẽplũ i ea.
h ¶ Tũc ait ſer. ſu. Hic ↄñr deſcribit vocatio gẽtiũ beni
gna: qꝛ iudeis repellẽtib⁹ fidẽ xp̃i ab apl'is p̃dicatã: apl'i de
mãdato dñi trãſierũt ad p̃dicandũ gẽtib⁹ ꝑ totũ mũdũ: ꝛ ipi
deuote ſuſceperũt fidẽ xp̃i ad p̃dicationẽ aploꝝ. ꝛ h̃ ẽ qđ dr̃
Act. xiij. g. vbi Paul⁹ loquẽs iudeis induratiſ. dixit ſic: Vo
bis oportebat p̃mo loq̃ vbũ dei: ſꝫ qm̃ repellitis illud ꝛ idi
gnos vos iudicatiſ eterne vite: ecce cõuertimur ad gentes.
ſic eñ p̃cepit nobis de⁹: ꝛ hoc eſt quod dr̃: Tunc ait ſer. i.
apl'is ſuis ꝛ alijs diſcipulis ꝑ diuinã reuelationẽ. i ¶ Nu
ptie q̃dẽ pa. ſunt. i. myſteria xp̃i ipleta ſũt. k ¶ Sed q
inuitati erãt. ſ. iudei vt viſum eſt. l ¶ Nõ fuerũt di. ꝓt
ſuã incredulitatẽ. m ¶ Ite ẽ ad exit⁹ vi. i. ad diſꝑſiones
gentiũ. n ¶ Et quoſcũqꝫ inue. vo. ad nup. qꝛ null⁹ vo/
lens fidẽ catholicã recipe repellẽdus eſt. o ¶ Et egreſſi
ſer. ei⁹ i vi. cõ. oẽs q̃s inue. bo. ꝛ ma. qꝛ in eccl'ia militan
te admitti ſũt boni cũ malis. p ¶ Et iplete ſũt nu. di. qꝛ
fides catholica diffuſa ẽ ꝑ orbẽ vniuerſũ. q ¶ Intrauit
aũt rex vt vi. di. diſcernẽdo. ſ. merita ꝛ demerita creden
tiũ. Intrat aũt dupl'r: generalr̃ intrabit i futuro iudicio. ſpe b
cialr̃ in morte cuiuſlibet hoĩs. r ¶ Et vidit ibi ho. non
veſti. ve. nu. Iſta veſtis nuptialis ẽ charitas q̃ diuidit in
ter filios regni ꝛ ꝑditiõis: vt dicit Aug. Dicit aũt veſtiſ nu Veſtis nu
ptialis ſm̃ Grego. qꝛ ea indut⁹ xp̃o ad nuptias venit qñ ex ptialis q̃ ẽ
charitate icarnari voluit. Sequit: s ¶ Amice quõ huc
intraſti. vocat aũt amicus pctõr ꝓpter naturã: q̃ ad imagi/
nẽ dei facta eſt. ꝛ ꝓpter fidẽ informẽ q̃ dei donũ eſt: licet nõ
ſufficit ad ſalutẽ. t ¶ Et ille obmutuit. qꝛ nullus põt re/
ſpondere deo: ſꝫ ꝓpria arguẽte ↄſcia cõuincitur ꝛ mut⁹ effi/
citur. v ¶ Tũc dixit rex mini. i. angelis executorib⁹ di/
uine iuſticie. x ¶ Ligatis manib⁹ ꝛ pe. qꝛ poſt mortẽ
nõ põt pctõr bonũ operari nec ad ſalutẽ reuerti. y ¶ Mit
tite eũ in tene. exte. Tenebre eñ interiores ſũt tenebre
mẽtales quas ſolũ habẽt mõ pctõres. tenebre vero exterio
res ſunt tenebre corporales quas cũ p̃dictis habebunt poſt
mortẽ: quãdo in infernũ detrudent per diuinã ſententiam.
z ¶ Ibi erit fletus ꝛ ſtri. den. hoc. ẽ. expoſitũ eſt ca. xiij.
a ¶ Multi aũt ſunt vo. ſ. ad fidẽ catholicã. b ¶ Pau
ci võ ele. ſ. ad gl'iam: qꝛ pauci ſũt. ſ. cõparatiue reſpectu il/
loꝝ qui ſunt vocati ad fidẽ. c ¶ Tunc abeũtes phari. Diuiſio
Hic oſtendũtur iudei ↄtradictores diuĩe veritatiſ ipam im/
pugnãdo. ꝛ diuidit in tres ptes: qꝛ p̃mo ipugnauerũt xp̃m
de veritate iuſticie. ſcđo de ṽitate doctrine/ ibi: In illa die.
tertio de veritate vite/ ibi: Phariſei aũt audiẽ. Prima in
duas. qꝛ p̃mo ponit phariſeoꝝ fallax iterrogatio. ſcđo ip/
ſius chriſti vera reſpõſio/ ibi: Cognita aũt ieſus nequitia eo
rum. Circa primũ aduertendum ꝙ phariſei malicioſe con/
ſpirabant

e ¶ Et miſſis exer. ſ. i. romanis q̃ dicũtur exercit⁹ dei: Moraliter
qꝛ venerũt ei⁹ iſtinctu in vltionẽ mortiſ xp̃i. f ¶ Perdidit
ho. il. ptim occidendo: ptim captiuãdo. Tũc ait ſer. ſuis.
Sequit: m ¶ Ite ẽ ad exit⁹ via. ꝛc̃. hoc fuit ipletũ Act.
xiij. a. cũ Paul⁹ ꝛ Barnabas cõſtãter dixerũt iudeis: Vob
oportebat p̃mũ loq̃ verbum dei: ſꝫ qm̃ repellitis illud: ꝛ in
dignos vos iudicatis vite eterne. ecce cõuertimur ad gen/
tes. ſic eñ nobis precepit deus. Sed qui veniũt ad cõuiuiũ
carentes veſte charitate q̃ eſt nuptiale veſtimentũ mittunt
in tenebras exteriores ligatis manib⁹ ꝛ pedibus. ꝑ qđ im/
poſſibilis exitus deſignat. Tũc abeũ. phari. ꝛc̃. ſequit:
Magiſter

A F a ¶ Cū herodianis dicētes. Tāq̄ ignotis: vt facil' deciperēt. q2 timebāt turbas: qđ ꝑ ſe nō audēt: ꝑſidis manib' attētant. Cū herodianis. i. militib' herodis. Sub ceſare auguſto qn̄ deſcriptio facta ē: iudea facta eſt tributaria. Pis tributis ꝓpoſitus eſt herodes antipatris fili' alienigena ꝛ ꝓſelitus rex iudeis ab auguſto cōſtitutus. Erat ḡ ſeditio in ꝑplo aliis dicentib' debere dari tributa ꝓ ſecuritate ꝛ q̄te cū romani pro oibus militēt. phariſeis cōtra nitētibus nō debere ꝑplm dei qui decimas ſoluit: ꝛ cetera q̄ lex dicit humanis legib' ſubiacere. Mittunt igit phariſei ſi poſſent decipere. b ¶ Nō eſt tibi cura ꝛc̄. Illuc ꝓuocāt vt deū magis timeat q̄ ceſarē. Et ideo nō debere ſolui tributa dicat: vt herodiani quaſi auctorem ſeditionis teneāt. c ¶ Hypocrite. Quia aliud ſūt et aliud ſimulāt. d ¶ Reddite ergo. vel ſicut ceſar exigit impreſſionē ſue imaginis: ſic ꝛ de' aīam lumine ſui vultus ſignatam. e ¶ Sa-

Due e fuerſt hereſes iudeoꝝ — duceí ꝛc̄. Due erāt hereſes i iudeia. Phariſei qui ꝑferebāt iuſticiā traditionū ꝛ obſeruationū et ſaduceoꝝ qui et ipſi vendicabāt ſibi ꝙ nondū erant id ē iuſti. Saducei nāq̄ iuſti interꝑtātur q̄ reſurrectionē corpoꝝ nō credūt: ꝛ animas interire putāt cū corpe. turpitudinē fabule fingūt q̄ deliramenti eos arguat qui reſurrectionē aſſerūt. pōt aūt fieri vt in gēte eoꝝ hoc aliqn̄

Myſtice — acciderit. ¶ Myſtice. hi oēs ſeptē reprobi ſunt qui tota hac vita q̄ ſeptē diebus eſt: ſteriles a bono ope ſunt: quibus miſere mortuis: ad vltimū mūdana ꝯuerſatio q̄ ſine fructu ē trāſibit.

F Erratis. ideo

consiliū inierūt vt caperent eum g in ſermone. Et mittunt ei diſci- c

a ¶ quaſi minus notos: a quib' minus cauerētur et reprehēſi minus erubeſcerent.

b ¶ eo tpe herodes erat hieroſolymis.

a pulōs ſuos cum herodianis di- b

a ¶ qui laudat' myſteriū ſui cordis ſimplr eis aptat: coſiq̄ velit habere diſcipulos.

centes: Magiſter ſcimus quia e verax es et viam dei in veritate f

¶ nō times ꝑlatā perſonam.

b doces: ꝛ nō eſt tibi cura de aliq̄. g

a ¶ idiſcrete dicis ꝟitatē maiorib' ꝛ minorib'

Nō ei reſpicis ꝑſonā hoim. Dic ḡ nobis qđ tibi videt: Licet cēſū h dari ceſari an non? Cognita aūt i

a ¶ doloſitate. b ¶ nō ſm verba coꝝ blandis ſed ſm cōſcientias coꝝ aſpere.

ieſus neq̄tia coꝝ ait: † Quid me k

a ¶ q2 aliud ē i corde: ꝛ aliud ſimulāt i ore.

c tētatis hypocrite? Oſtēdite mi- l

a ¶ denariū q̄ ꝓ cēſu ſoluit: q̄ ꝛ habet imaginem ceſaris q̄ ꝓ decē nūmis cōputabat.

hi nūmiſma cēſus. At illi obtu- m

a ¶ gen' nūmi qđ ꝓ decē nūmis cōputabat

lerūt ei denariū. Et ait illis ieſus:

a ¶ ſatis patet ꝙ non de ignorātia interrogat: ſed vt ad verba coꝝ cōpetenter rn̄deat.

Cuius eſt imago hec ꝛ ſuperſcri- n

a ¶ tyberij ꝓuignī auguſti ſb q̄ paſſus ē

d ptio? Dicūt ei: Ceſaris. Tūc ait o

dn̄s ¶ tributum pecuniam.

illis † Reddite ergo q̄ ſunt ceſa- †

a ¶ decimas: victimas. ¶ q̄ credere debuerunt mirant ꝙ nō habeāt tētandi locum.

ris ceſari: ꝛ q̄ ſūt dei deo. Et audientes mirati ſunt: et relicto eo

a ¶ ifidelitatē reportātes. ¶ q̄ phariſei abierunt.

abierūt. † In illo die acceſſerūt p

erūt. a ¶ qui interpretant iuſti. ¶ vt ꝑ frequentiam vincerent.

e ad eum ſaducei q̄ dicūt non eſſe

¶ phariſei credebāt ꝛ aīe ꝛ corpis reſurrectionem: ſed ſaducei etiam animas interire cum corporibus.

reſurrectionē: et interrogauerūt eū dicentes: Magiſter moyſes dixit: ſi q̄s mortuus fuerit nō habens filiū, vt ducat frater eius vxorē illius: et ſuſcitet ſemē fratri ſuo. † Erant aūt apud nos ſe † ptē frēs ꝛ prim' vxore ducta defunctus eſt: ꝛ nō habēs ſemē reliquit vxorē ſuā fratri ſuo: ſimiliter ſecūdus ꝛ tertius vſq̄ ad ſeptimū. Nouiſſime aūt oium ꝛ mu

Ni. de lyra.

B ✱ ſpirabāt cōtra chriſtum: quoꝝ malicia ꝑmo oſtendit: ꝛ hoc quadruplr. primo in hoc qđ dr: a ¶ Conſiliū inierunt. vt ex collocutione cōi melius ꝑpenderēt q̄liter poſſent eum decipere. ſcđo cum dicit: b ¶ Ut caperēt eū i ſermone. q2 nō poterāt eū capere in malo ope: ꝛ q2 facilius capitur hō in verbis q̄ in factis. tertio cū ſubdit: c ¶ Et mittūt ei diſci. ſ. Id eſt hoies xp̄o incognitos ſm eſtimationē coꝝ: vt coram ipſis audacius loq̄ret: ꝛ laxaret linguā ad aliq̄d dicēdū vn̄ poſſet capi. q̄rto cū ſubditur: d. ¶ Cū herodianis. Iſti enī herodiani erant milites herodis: q2 iſta q̄ſtio fuit facta chriſto feria q̄rta an̄ paſſionē ſuā. ꝛ de herode legitur ꝙ ipſe erat in hieruſalē cum exercitu ſuo in die paſſionis: quia venerat in hierlm ꝓpter ſolēnitatē paſchalē. ſic ergo milites herodis miſſi ſunt cū diſcipulis phariſeoꝝ vt diſcipuli poſſent eum capere in ſermone: ꝛ milites ſtatim raperent eū vt puniret in corpore. Sic ergo patet q̄liter malicioſe agebāt cōtra eū ꝟbo: q2 ꝑmo cōmendāt eū verbis: vt facilius inducāt eū ad dicēdū aliq̄d ꝯ ꝑtātē ceſaris: de q̄ volebāt ſibi facere queſtionē vt videbit. dicunt ergo ſic: e ¶ Magiſter ſcim' q2 verax es. in vita. f ¶ Et viā dei in ve. do. in ſana doctrina. g ¶ Et nō eſt tibi cura de aliq̄. in q̄ apparet tua iuſticia: et ſic eū cōmendāt: licet fallaciter de veritate vite doctrine ꝛ iuſticie. q. d. non dimittes timore cuiuſcūq̄ hois etiā impatoris dicere veritatē: ꝛ tūc ꝓponūt q̄ſtionē brigoſaꝫ apud eos dicētes: h ¶ Licet cen. da. ce. an nō. Iſta q̄ſtio habuit ortum

habuit ortum a tpe natiuitatis xp̄i: q2 put habet Luk. ij. c. Ce C ſar Auguſtus ꝑcepit vt deſcriberet vniuerſus orbis: ꝛ hec deſcriptio ꝑmo facta eſt in iudea: q̄ eſt in medio terre habitabilis et in iſta deſcriptione oēs ibāt ad ciuitates de quib' erāt oriūdi: vt ꝓfiterent ſe reddituros tributū ceſari: tūc ſurrexit q̄dā noie iudas natiōe galileus: q̄ dicebat h̄ eſſe iudeis illicitū. ꝙ. ſ. recognoſcerēt aliquē dn̄m i terris: ſꝫ ſolū deū q̄ in celis ē: ꝛ multos traxit ad ſe: vt hr̄ act. v. ꝛ Joſe- Joſephus phus idē refert. xx. lib antiq̄tatū: ꝛ ex tūc aliq̄ huic opinōi adherebāt. q2 iſta opio erat ꝓ libertate ꝑpli: ꝛ ꝓ honore ipi' dei videbat: ecōtrario alii aſſerebāt ꝙ erat licitū dare tributu romanis: q2 ꝓ defenſione patrie militabāt: ꝛ ab hoſtib' ꝛ a latronib' defendebāt: ꝛ pacē int' hoies ꝯſuabāt ꝛ iuſticiā: hāc aūt q̄ſtionē malicioſe ꝓpoſuerūt xp̄o: vt ſi diceret nō eē licitū ſtatim caperet tāq̄ ꝯtri' impatori: ſi aūt diceret eē licitū videret eē ꝯtri' libertati ꝑpli ꝛ diuino honori: ꝛ ſic icurreret maliuolētiā ꝑpli. i ¶ Cognita aūt ꝛc̄. Hic ponit xp̄i rn̄ſio. Primo rn̄det ad eoꝝ itētōꝫ. k ¶ Quid me tē. ꝛc̄. q. d. nō q̄rit veritatē addiſcere: ſꝫ me in ꝟbis capere. et ꝓpt' h̄ vocat eos hypocritas: q2 aliđ ꝑtēdebāt: ꝛ aliud itēdebāt. Cōſeq̄nter rn̄det ad q̄ſtionē. l ¶ Oſtēdite mi. ꝛc̄. † mar. xij. b Id ē nūmū q̄ dat annue ꝓ cēſu ipatori. m ¶ At illi obtu. ꝛc̄. q2 iſte nūm' q̄ dabat ꝓ annuo cēſu a q̄libet capitaneo domus valebat. x. nūmos vſuales. ꝛ iđ vocabant denarius ꝛ erat de argento. n ¶ Cuius eſt ima. ꝛc̄. q2 imago ceſaris erat impſſa i illo denario ꝛ nomē ei' in circuitu. o ¶ Tūc ait ꝛc̄. q2 reddere debitū oib' ē bonū ꝛ iuſtū: nō ē aūt in cōueniēs nec ꝯdictio ꝙ hō ſit ſubdit' hoi D i tpalib' ꝛ deo immediate i ſpūalib': ꝛ maxime q2 iurauerant iudei ſuare fidelitatē ꝛ reddere tributū romāis a tpe pōpei q̄ iudeā fecit tributariā romāis: ꝛ audiētes mirati ſūt: ꝛ relicto eo abiert ſic ꝯfuſi. p ¶ In illo die. Hic ꝯſr oſtēdit quō † 23. q. 1. c. militare. et c. q̄d culpabat' q. ſi. c. ſi nocet ꝛ c. cōuenior ipugnauerūt xp̄m iudei i ꝟitate doctrine ad quā ꝑtinet reſurrectio mortuoꝝ q̄ ē de articulis fidei. ꝛ ꝑmo circa h̄ iponit iudeorū iterrogatio. Scđo xp̄i rn̄ſio. ibi: Rn̄dēs aūt ieſus. Circa ꝑmū aduertēdū ꝙ int' iudeos q̄dā erāt q̄ vocabant ſaducei q̄ recipiebāt tm̄ q̄nq̄ libros moyſi: ꝛ dicebāt aiaꝫ hois mortalē: ꝛ ꝑ ꝯn̄s negabāt † mar. 12. b. Luc. 20. e Act. 23. b. reſurrectionē ſm ꝙ Joſephus refert de iſtis. xx. libro antiq̄tatū: ꝛ magiſter in hiſtorijs vbi plenius tāgit diuerſitas que erat in ſectis iudeoꝝ: qđ ꝓpt' breuitatē omitto: Iſti ḡ mouerūt q̄ſtionem q̄ videbat eis inſolubilis: ꝛ ꝓpt' h̄ videbat eis reſurrectio mortuoꝝ ipoſſibil. Et ponit caſus de muliere q̄ deſpōſata eſt ſeptem fratrib' ſucceſſiue: q2 qn̄ aliq̄s moriebat ſine filio: frat' ei' tenebat accipere vxorē ad ſuſcitandū ſemē fratri ſuo: ita ꝙ ꝑm' filius natus nō aſcribebat generāti ſed mortuo fratri: ſm ꝙ ſcribitur Deut. xxv. † mar. 12. b. iſta ḡ mulier ſine ꝓle ſuſcepta mortua eſt poſt oēs frēs. ꝛ iđ ꝓponūt q̄ſtionē xp̄o.

✱ In reſurrectione

✱ e ¶ Magiſter ſcim' ꝛc̄. Chryſ. Moraliter Hec eſt hypocritarū ꝑma ſimulatio: q2 laudāt q̄s ꝑdere volūt: † ¶ Reddite ergo q̄ ſunt ce. ꝛc̄. Orig. Mūdi ꝑnceps diabol' ceſar dici pōt. nō ei do reddere poſſum' q̄ ſua ſunt: niſi ꝑius ꝑncipi mūdi reddiderim' q̄ ſūt ſua. i. niſi depoſuerim' maliciā vniuerſam. In illa die acceſſe. ꝛc̄. Sequit: † ¶ Erāt apud ꝛc̄. ꝑ iſtos ſeptē q̄ non reliq̄runt ſemē deſignat vniuerſitas deſidenuū q̄ ex ſuis operib' nō relinquūt aliq̄d memoria dignū.

✱ In reſurrectione

E F a ¶ Erratis. ideo quia neſcitis ſcripturas. Unde ſequitur vt neſciant virtutē dei. b ¶ In reſurrectiōe. Reſurgent quidem corpora que poſſent nubere & nubi: qd de his dr qui habent mēbra genitalia: ſed alia rōne nō nubēt. c ¶ De reſurrectione &c. hoc quidē de reſurrectionis conditionib° q̄ſtioni ꝓpoſite reddidit. De ipſa vero reſurrectione contra infidelitatē eoꝝ ita ait: De reſurrectione aūt mortuoꝝ: ita teſtimoniū pōit: quod videt ambiguū: vel nō ſatis ad reſurrectionis pertinet veritatem: quia illi ꝓphetas (vbi aperta ſunt teſtimonia) nō recipiunt: ſꝫ tm̄ q̄nq3 libros moyſi. Et hic de reſurrectiōe: & alibi de diuinitate quedā coram contēptorib° inuenit dñs dixiſſe: nō vt daret ſanctū canibus: & mitteret margaritas ante porcos: ſed q2 inter eos qui tentabāt erant aliq̄ qui vtiliter audebant: quos ꝓ alioꝝ imūdicia negligi nō oportebat. d ¶ Nō legiſt. In moyſe queꝫ recipitis: alioq̄n poſſet apertiora de reſurrectione teſtimonia ꝓphetarum dare: ſed ꝓphetas ſaducei nō recipiūt. e ¶ Deus abraam &c. qui iā mortui erant quādo hec dicebat. ergo per hoc animas ꝓbat permanere poſt morteꝫ: non eñi diceret deus non exiſtentiū. Et ſic introducit & corporuꝫ reſurrectio q̄ cū animab° bona vel mala geſſerūt. Deus abraam & iſaac & iacob. per hoc ꝓbat eternitatē animarum. & ſtatim infert: Non eſt de° mortuoꝝ ſed viuentiū. vt cuꝫ ꝓbauerit animas permanere poſt mortē: conſequēter introduceret etiam corpoꝝ reſurrectio que cum animabus bona vel mala geſſerunt. f ¶ Silentiū. Nota venena inuidie ſuperari poſſe: ſed difficile cōq̄eſcere. g ¶ Cōuenerūt. vt multitudine vincerent quē nō poterant ratione. In tentando cōueniūt qui in doctrina ꝯtrarij ſunt. Iam confutati erāt in oſtentione denarij: iā viderant etiaꝫ ſaduceos obmuteſcere: ſed tñ maliuolētia & liuor nutrit ipudentiā. h ¶ Tentans eum &c. Mar. ait: ꝙ ei ſapientē reſpondenti dñs dixerit: nō longe es a regno dei. Potuit eniꝫ fieri vt qui tentans venit reſponſo dominico conuerſus ſit. vel tentatio non eſt mala quaſi violentis decipere: ſed cauta volentis amplius experiri ignotum.

† Exo.3.c Mar.12.c
† mar.12.c

liter defūcta eſt: In reſurrectiōe a
a ¶ opinabant ꝙ ſi reſurgerent ꝙ ita tunc ſicut nūc in hoc ſeculo viuerent.
ergo cuius erit de septeꝫ vxoꝝ?
Oēs eñi habuerūt eā. Reſpō b c d
a dēs aūt ieſus ait illis: Erratis ne e
a ¶ q̄ reſurrectionē aſſerunt. b ¶ qua pōt corpora ſuſcitare.
ſciētes ſcpturās/ neq3 vtutē dei: f
¶ viri ꝓducent.
b In reſurrectiōe eñi neq3 nubēt g
a ¶ femine ꝓducent. ¶ ecce ſpūalis cōuerſatio. i. ſine labe corruptiōis viſione dei fruentur qui ibi erunt.
neq3 nubentur: ſed ſunt ſicut an h i
c geli dei in celo. De reſurrectiōe
a ¶ in moyſe quē recepiſtis.
d autem mortuorum nōn legiſtis
qd dictum eſt a deo dicente vo
e bis: † Ego ſuꝫ deus abraam. de k
us iſaac, & deus iacob. Non eſt
deus mortuorum ſed viuentiū.
a ¶ ſimpliciter gradientes miracula venerantes ſequūtur doctrinam.
† Et audiētes turbe mirabantur
in doctrina eius. Phariſei au l
¶ ſapienti reſponſione.
f tem audientes ꝙ ſilentium im
a ¶ non habētes quid dicerent.
g poſuiſſet ſaduceis/ conuenerūt m
a ¶ vn° ꝓ oib° legiſdoctor vt ſi vincat: oēs victores habeāt: vl' ſi vincit ſol° erubeſcat.
in vnū: & iterrogauit eū vnus ex n
a ¶ nō ſcire deſiderās. b ¶ ¶ cui° nō vult eſſe diſcipulus.
h eis legiſdoctor tēntans eū. Ma o p
a ¶ egregiū.
giſter quod eſt mandatum ma

reis vtentem. i ¶ Sed erunt ſicut angeli dei. viuentes G viſione & fruitione dei: & ſic patet eorum argumentuꝫ nihil cōcludere: quia illa incōuenientia ad que deducebant nō ſequūtur niſi ex ſuppoſitione ꝙ actus carnales venereoꝝ ſint in reſurrectione: quod patet eſſe falſum. Tertio confirmat veritateꝫ reſurrectionis auctoritate ſcripture dicent' Exo.iij. k ¶ Ego ſum deus abraā & deus iſaac &c. Quādo eñi dñs protulit hec verba illi patriarche erāt mortui corporalit: cū ergo aliquis nō poſſit eſſe deus rei nō exiſtentis: vel eius qd eſt nihil quod idem eſt: q2 creature ad deū eſt relatio realis q̄ non pōt fundari i nihilo: oportet ergo ꝙ iſti patriarche aliquo modo eēnt: & iō cum nō viuerent vita corporali. ſequit ꝙ aīa adhuc viuebat: & ꝑ cōſequēs ꝙ imortalis erat: quare non deſtruit deſtructo corpore: & ꝑ cōſequēs ſequit ꝙ reſurrectio erit: quia aīa nō poteſt eſſe ꝑfecte quietata: nec beata niſi vniatur cuꝫ corpore: ad cui° vniōnē habet inclinationē naturalem. Conſiderandum tamen ꝙ ſaluator hīc accepiſſet auctoritatē mag' expſſam de imortalitate aīe & futura reſurrectione auctoritatē. ſ. ꝓphetarum vt viſum eſt: ſed illa non recipiebat a saduceis: & ideo non fuiſſet efficax contra eos. l ¶ Phariſei autē. Hic cōſequenter oſtēdit qualiter impugnauerūt xp̄m in veritate vite in hoc ꝙ ꝓpoſuerūt ſibi q̄ſtionē tentatiuā de p̄mo mandato leg'. Circa qd primo ponit eoꝝ interrogatio. Secūdo ponitur xp̄i reſponſio ibi: Ait illi ieſus. Circa primū dr: Phariſei aūt &c. Licet eñi ipſi eſſent contrarij ſaduceis in opinione de aīe imortalitate & de mortuoꝝ reſurrectione vt viſū eſt: tñ conueniebāt cū eis in chriſti perſecutione. & ideo audiētes ꝙ ſilentium impoſuiſſet eis. m ¶ Cōuenerunt in vnū. ad iuadendū ipſum xp̄m alio mō & ad ip̄m venerūt in magna multitudine ad magis eū terrendū. n ¶ Et interrogauit eū vn° ex eis: vt ſi confuſus eſſet ſolus videretur cōfundi: ſi autem vinceret oēs viderent ꝑ eum viciſſe: ſm qd dicit Chryſo. o ¶ Tentans eum. capere. ſ. in ſermone. Marc° tñ videtur ꝯtrariū dicere. xij. ca. vbi dr ꝙ xp̄s dixit iſti leg' doctori querēti de primo mandato legis: nō lōge eſt a regno H dei. Dicendū ꝙ iſte in p̄ncipio venit mala intentione cū alijs: ſed poſtea audita xp̄i reſpōſione vera: penituit & xp̄i reſpōſionē approbauit dicēs: Magiſter in veritate bene dixiſti &c. vt habet Marc. xij. & tunc xp̄s videns eius p̄ntiam intulit verba p̄miſſa dī. Non longe eſt a regno dei &c. Simile autez habet Ioh. vij. vbi dr ꝙ p̄ncipes & phariſei miſerūt miniſtros vt cōprehenderent ieſum. Illi aūt audientes xp̄i predicationē penituerunt: & ſic ad p̄ncipes redierunt: & cū quererent ab eis quare nō adduxiſſent eū. reſponderūt: nunq̄ locut° eſt ſic homo cōſequēter preponit queſtio: p ¶ Magiſter qd eſt mandatū magnū in lege: credebat eñi ꝙ ſtatim reſpōderet de mādato p̄mo prime tabule: Nō habebis deos alienos. & tunc habuiſſet argumētū contra eum de precepto charitatis quod eſt maius: ſicut et charitas eſt maior virtus ipſa fide.

Nico. de lyra

¶ Diliges dñm

F ✻ a ¶ In reſurrectiōe ergo cui° erit de ſe. vxoꝝ. q. d. ipoſſibile eſt ꝙ detur alicui eoꝝ determinate. cuius cauſa ſubditur: b ¶ Oēs enim habuerunt eam: & per conſequēs eadem ratione ſi debeat aſſignari vni: et alteri. Itē nō videtur poſſibile ꝙ detur ſeptem fratrib° ſimul: q2 eſt contra legem moyſi ꝙ duo fratres ſimul coniūgantur vni mulieri matrimonialit: & ex hoc intendūt concludere ꝙ ipoſſibile ſit animā imortalem eſſe & hominem reſurgere. c ¶ Reſpondēs autem ieſus. Hic ponit xp̄i reſponſio. vbi tria facit per ordinē: quia primo oſtendit eoꝝ errorē: & erroris cauſam dicens: d ¶ Erratis. in hoc ſupple ꝙ reſurrectionē negatis. e ¶ Neſciētes ſcripturas. Ipſi eñi nō recipiebant ſcripturas ꝓphetarū in quibus fit expreſſa mentio de reſurrectione mortuoꝝ: vt hr Dañ. xij. a. Multi qui dormiūt in puluere terre euigilabunt &c. et Ezech. xxxvij. a. Facta eſt ſuꝑ me manus dñi &c. Et ex ignorātia iſtarū ſcripturarū ꝓcedebat error eoꝝ. Secūda cauſa tangitur cū ſubditur: f ¶ Neq3 virtutē. ſi eñi bene cōſideraſſent virtutem dei: que pōt aliquid ex nihilo facere: qd ipſi habebāt neceſſe concedere ex quo recipiebant libros moyſi vbi fit expſſa mentio de creatione mūdi: nō negarent q̄n poſſet reſuſcitare mortuos. Secundo ſoluit argumentum eorum/ dicens: g ¶ In reſurrectione eñi neq3 nu. i. viri nō accipient vxores. h ¶ Neq3 nubentur. i. mulieres nō accipient a viris: quia homines nō reſurgent ad vitam carnalem cibis & venereis vten

✻ Ait illi ieſus

Moraliter ✻ g ¶ In reſurrectione eñi &c. reſurrectio ſpūalis eſt a morte culpe ad vitam gr̄e q̄ eſt arra gl'ie: & ideo qñ hec reſurrectio firmata eſt ꝑ ꝓpoſitū cauendi recidiuū firmatū ꝓfeſſiōe religionis: & etiā obſeruatū: tūc eſt ſilitudo ad angelicā vitaꝫ: q2 per caſtitatem fit conformitas angelice puritati. angeli ſimiliter nihil propriuꝫ poſſident in hoc mūdo & obediunt continue ipſi deo. p ¶ Magiſter quod eſt mandatū magnū in lege. Chryſo. De magno mādato interrogat qui minimū nō obſeruat. Et iſtis ſunt ſimiles multi ſtudentes qui querunt alta et ſubtilia cū tñ adhuc ignorēt cōem doctrinā & p̄ma rudimēta: volentes volare antequā alas habeant: et ſic in vanū laborāt.

✻ In his

A N a ¶ Diliges dn̄m deū tuū. Fictā ꝯſcientiā interrogātis
Exo.20.a dñs ꝑmo reſpōſo ꝯuicit. Deus tuꝰ vnus eſt. Nō aſſumes no/
Ibidem.b men dei tui in vanū. Obſerua diē ſabbati. hec tria ad dilectio
nē dei ꝑtinēt. Cuius cogites vnitatē: veritatē: voluntatē.
b ¶ Ex toto corde. Integritas fidei exprimit. In tota aīa
ꝑfecta obediētia exigit. In tota mē/
te ꝑſeuerātia oſtendit. c ¶ In his
duo. nā ido due tabule leg̃ date ſūt
in quibꝰ erāt .x. ꝑcepta legis q̄ ſūt de
cachordū pſalteriū. Tria in vna que
ſunt ad deū. vij. in altera q̄ ſunt ad ꝓ
Exo.20.a ximū. In ꝑma primū eſt: Ego ſum do/
minus deꝰ tuus qui eduxi te de terra
Deu.5.a egypti. Non habebis deos alienos:
q: chriſtus cum pr̄e et filio ⁊ ſpūſctō
Exo.20.b vnꝰ eſt deus. Scdm: Non aſſumes
nomen dei tui in vanū .i. nomē xp̄i nō
debet invanū accipi: vt putemꝰ cū fa
ctum ꝑ quē oīa facta ſunt. Quia vero
vnus deꝰ eſt pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſan/
ctus. In ſpūſctō .i. in dono dei requi/
ee nobis ꝓmittit. vn̄ tertiū ſequitur:
Ibidem Memēto vt diē ſabbati ſanctifices:
in eo nō facies oīe opus. In altera
Ibidem ꝑ oia ꝑcepta tabula. Honora patrē et matrē: ⁊ nō
occides: no mechaberis: non furabe/
ris: nō falſum teſtimoniū dices: non
cōcupiſces vxorē ꝓximi tui: nō ꝯcupi
ſces rē ꝓximi tui. d ¶ De chriſto.
ſiue venit ſiue vēturū creditis: quem
purū hominē aſſeritis. e ¶ Dixit.
Illud dicere eſt equalē ſibi filium ge
nerare. f ¶ Dño. Nō hꝫ ꝙ ꝺ eo na
tus: ſꝫ ꝙ ꝺ pr̄e ſꝑ fuit. g ¶ Quō.
Repugnātia ſi hec hꝫ vr̄m itellectū.

¶ id eſt diligere debes.
a gnū in lege? Ait illi ieſus: †Dili a b
b ges dominum deum tuum ex to
a ¶ ex toto intellectu: vt nullū in cōfeſſio/ne diuinitat̃ relinquas errori locū. b ¶ .i. voluntati: vt nihil ei ꝯtrariū velis.
tō corde tuo: et in tōta anīa tua:
a ¶ .i. in memoria nil reminiſcēs q̄ minꝰ de
⁊ in tōta mente tua. Hoc ē maxi
eo ſentias. a ¶ dignitate. b ¶ ordine.
mūm ⁊ primūm mādatum. Se c
a ¶ ⁊ ſi in executione ſit primū. b ¶ nō par.
¶ quia de dilectione.
cūndū autē ſimulē eſt huic. † Di
a ¶ in ꝓximo qd dei bonitate factus eſt.
b ¶ id eſt tuam ſubſtantiam.
liges ꝓximūm tuū ſicut teipm̄.
a ¶ .i. ad hec duo refertur totus decalogꝰ ⁊ monita ꝓphetarū ibi habent finem.
c In his dūobus mandatis vni/ d
a ¶ pēdet: q: illo fert vbi hꝫ finē. b ¶ q̄ ad tentādū venerāt: occaſionem dederunt ſue confutationis.
uerſa lex pēndet ⁊ ꝓphete. Cōn e
gregatis autem phariſeis inter/
rogauit eos ieſus/ dicēs: Quid †
d vobis videtur de chriſto/ cuius f
a ¶ ſm carnē. b ¶ nō rephēdunt ꝙ dauid filiū dicunt: ſꝫ q: filiū dei eſſe nō credunt.
filius ē? Dicūt ei: dāuid. Ait il/ g
¶ ſi purus cū homo.
lis: Quomōdo ergo dauid i ſpi h
a ¶ nō de corde ſuo ſꝫ in ſpūſctō. b ¶ q̄ non
ritū vocat eū dominūm dicens: i
an̄ cū ſm vos. ¶ pater. ¶ filio:
g † Dixit dominꝰ domino meo/ ſe/ k
¶ non ad horam.
de a dextris meis: donec ponā l
¶ inobediētes. ¶ ſubijciam tibi volen/tes vel nolentes.
inimicos tuos ſcabellū pedum
tuorū? Si ergo dauid vocat eū m
a ¶ qd ē ſm deitatē. b ¶ qd eſt ſm carnē.
g dominūm / quomodo filiꝰ eius

eſt. ptꝫ q̄ primū. ¶ Circa ſcdm ꝯſiderandū ꝙ aliqd ꝺr ꝑmum C
dupliciter. Vno mō origine: ⁊ ſic illa q̄ ſūt imꝑfectiora ꝑora ſūt
in illis q̄ ꝓcedūt de potentia ad actū: vt ꝺr .ix. Metaphyſice.
Alio mō ꝺr aliqd ꝑmū dignitate ſeu ꝑfectione. h q̄ ſcdo mō ꝑ/
mutatis mādatū de dilectione dei ꝺr ꝑmū: q: origine dilectio
ꝓximi prior eſt ſm qd dicit btūs Joh̄. i. ca
nonica ca. iiij. d. Qui nō diligit frēm ſuū
quē videt: deū quē n̄ videt quō pōt dilige
re. ⁊ ſic pꝫ ſecūdū. ¶ Circa tertiū ꝯſiderā † Deu.6.a
dū ꝙ totū ⁊ ꝑfectū idē ſi: vt hr̄ .iij. phyſi.
⁊ iō diligere deum ex toto corde ⁊ ex tota
aīa: ⁊ ſic de alijs ē diligere ex ꝑfecto cor/
de vel ex ꝑfecta aīa: ⁊ ſic de alijs. Perfe
ctū aūt ꝺr aliqd dupl̄r. Vno mō qn̄ nihil
ſibi deeſt de ꝑfectione ſibi poſſibili. Alio
mō qn̄ nihil ſibi deeſt de ꝑfectiōe ſibi de
bita vel cōpetēti: ſicut hō mediocris ſta/
ture ꝺr ꝑfecte quātitat̃: licet non habeat
quātitatē gigātis. ſic ergo accipiēdo ꝑfe/
ctū ꝑmo mō: ſic implet ꝑceptū dilectiōis
in patria: q: mens ibi fert in deū totalit̃
⁊ ꝑfecte q̄tū ſibi poſſibile ē ⁊ ſine aliq̄ in † leui.19.d
terruptione: ⁊ ſm h̄ dicit Augꝰ. lib. de ꝑ Mar.12.c
fectione iuſticie ꝙ mādatū charitat̃ ſolū Ro.13.c
implebit i patria. vbi erit charitas perfe
cta. Si āt accipiat ꝑfectū: ſcdo mō ſic im/
plet in via: qn̄ nihil diligit ꝯ deū. Iſta et
eſt ꝑfectio q̄ debet ineſſe ex debito neceſ/
ſitatis: et h̄ ſufficit ad ſalutē. Diligere q̄
deū ex toto corde h̄ mō eſt ſic diligere de
um ꝙ nihil diligat ꝯ ipſum. Sequitur:
c ¶ Scdm aūt ſile eſt hu. Diliges
ꝓximū ⁊c. i. ad eādē btitudinē ad quā
diligis te. d ¶ In his duo. man. ⁊c. D
Sicut enī in ſpeculatiuis oēs ꝯcluſiōes
depēdēt ex h̄ ꝑncipio: de q̄libet affirma/
tio vel negatio: ſic in oꝑabilibꝰ oīa depē
dēt ex dilectione dī ꝑncipaliter: ⁊ ꝯñr ex
dilectiōe ꝓximi. ꝓpt̃ hoc oīa mādata leg̃
⁊ monitiones nō ſunt niſi q̄dā explicati
ones iſtoꝝ duoꝝ mādatoꝝ: q: oīa ordinā
tur ad dilectionē dei ⁊ ꝓximi: vt pꝫ intu
enti. ⁊ ſil̄r doctrina ꝓphetarū ad h̄ ordi/
natur. e ¶ Cōgregatis aūt ⁊c. Hic Diuiſio
ꝯñr oſtēdit phariſeos eſſe ꝯtradictores
diuine veritat̃ errori ꝯtrario adherēdo. † pō.109.a
Ad cuiꝰ euidētiā ꝯſiderandū ꝙ licet pha mar.12.d
riſei et legiſperiti cognouerūt in ꝑncipio Lu.20.g
ieſum eſſe verū xp̄m: et ꝑ ꝯñs deū et ho/
minē: vt. ſ. dictū eſt ca. ꝑcedēti ſuꝑ illud:
Hic eſt heres: q: tn̄ cōceperūt ꝯ eū odiū
⁊ rancorē: iō hec vera eſtimatio corrupta
eſt i eis aliq̄ mō: vt. ſ. dictū eſt. ⁊ iō ince/
perūt eū negare ⁊ ꝑſeq̄ tāq̄ blaſphemū:
q: dicebat ſe eſſe filiū dei: ⁊ ꝑ ꝯñs incipi/
ebāt corrūpere ſcripturas ⁊ deprauare q̄
loq̄bant de eiꝰ diuinitate ꝓpt̃ qd xp̄s fec
eis iſtā q̄ſtionē de xp̄o. f ¶ Cuiꝰ fi. ē.
Dicūt ei dd. ſolū. ſ. diuitatē negādo.

Ni. de ly. ¶ Et nemo
B
✻ a ¶ Ait illi ieſus. Hic ponit
chriſti reſpōſio. b ¶ Diliges do.
de. tu. ⁊c. hoc eſt primū ⁊ maximum
mādatū: hic tria ſūt vidēda de iſto ꝑ/
cepto charitat̃. primū eſt q̄liter ſit in
telligendū. ſcdo q̄liter ſit ꝑmū. tertio
q̄liter implēdū. ¶ Circa primū ſcien
dū ꝙ iſtud ꝑceptū in q̄tuor locis tra/
ditur in ſcriptura. ſ. Deut̃. vi. vbi po/
nunt tria: Diliges dn̄m deū tuum ex
toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: et ex
tota fortitudine tua. ⁊ h̄ Matth. xxij.
vbi dimittit fortitudo: ⁊ duobꝰ alijs
addit vnū ꝙ deꝰ diligat ex toto corde
et ex tota aīa et ex tota mēte. Mar̃.
aūt. xij. ponunt iſta tria ⁊ addit q̄rtū
ſcꝫ ex tota virtute: qd eſt idē cū eo qd
ꝺr Deut̃. vi. et ex tota fortitudine. et
eodē mō Luce. x. habet: niſi ꝙ ꝺr ibi
ex oībꝰ viribꝰ tuis. qd idē eſt cū eo qd
ꝺr: ex ꝟtute vel ex fortitudine: ⁊ ſic pꝫ
ꝙ q̄tuor iſta ſūt de rōne iſtiꝰ ꝑcepti. ſ.
diligere deum ex toto corde: ex tota mēte: ex tota aīa. ⁊ ex tota
fortitudine. cuiꝰ rō eſt: q: diligere ē actus volūtat̃. Duplex ē
aūt actus ipſius: vnꝰ eſt elicitus ⁊ alter iperatus. Actus autē
elicitus eſt q̄ imediate egredit ab ipa volūtate: ⁊ iſte acꝰ tāgit
cū ꝺr: Diliges do. de. tu. ex to. cor. i. ex tota volūtate: q: ſic
ex corde orit motꝰ ad alias ptes corpis: ita volūtas mouet ali
as potētias aīe. Actus aūt iperatꝰ volūtat̃ ē actus alteriꝰ po/
tētie mote ad ſuū actū ꝑ ipam volūtatē. ꝑ volūtatē aūt informa
tā charitate mouet intellectꝰ ad aſſentiendū his q̄ ſunt fidei ⁊
ad meditandū de do dilecto: ⁊ iſte actus ſignificat/ cū ſubdit:
In tota mēte. ibi enī accipit mēs ꝓ ipſo intellectu: vlteriꝰ ꝑ
volūtatē mouet appetitus ſenſitiuus: vt ꝯformet ſuꝑiori pti:
q: ſicē ſphera ſuperior mouet inferiores ſuo motu: ita volūtas ap
Phus petitū ſenſitiuū: vt hr̄ .ij. de aīa. ⁊ iſte actus notat/ cū ꝺr: Et i
tota aīa. ꝑ aīam enī hic intelligit ps ſenſitiua: ſm qd ſcribit
Geñ. i. c. Factꝰ eſt hō in aīam viuentē. i. vitā aīalē ⁊ ſenſibilē
corpi dantē: vt dicit glo. vlteriꝰ ꝑ volūtatē mouent potētie mo
tiue ⁊ executiue ad operādū ex dilectione. ⁊ h̄ notat cū ſbdit:
Ex tota fortitudine tua. vel ex oibus viribꝰ tuis: qd idem
eſt. patet

g ¶ Ait ill̃. arguēdo. ſ. in ꝯriū. h ¶ Quō ḡ ⁊c. i. ſpūſctō
inſpiratꝰ. i ¶ Vocat eū do. ⁊c. Or ei iſta ſcriptura intelli
gat de xp̄o. ptꝫ: q: ipſi phariſei nō negauerūt h̄: imo ꝯceſſerūt.
k ¶ Sede a dex. ⁊c. Sedere aūt a dextr̃ vno mō accipit ꝓ
eq̄litate: ⁊ ſic xp̄s ſm ꝙ deꝰ ſedet ad dexterā. Alio mō eſt et in
potioribꝰ bonis: ⁊ h̄ mō cōuenit xp̄o ſm hūanitatē: q: vt ſic in
glīa ꝑeſt angl̄is. l ¶ Donec ponā ini. ⁊c. Iſtud cōplebit
in iudicio qn̄ oīa ꝑfecte ſubijcient hoi xp̄o. m ¶ Si ḡ da. ⁊c.
q. d. cū hꝫ naturā hūanā ſit filiꝰ dauid: ⁊ ꝑ ꝯñs eo iferior: optet
ponere i eo aliā naturā ꝑ quā ſit dñs eiꝰ et eo ſuperior. hec aūt
eſt diuina: ⁊ ſi in chriſto due ſunt nature: diuina ⁊ humana.
✻ Et nemo poterat
✻ d ¶ In his ⁊c. q: tota ſacra ſcriptura ad dilectionē dei et
ꝓximi ordinat. † ¶ Quid vide. ⁊c. Xp̄s grece ꝺr vnctꝰ la/ Moraliter
tine: qd cōpetit ep̄is ⁊ regibꝰ: ꝓpt̃ qd debēt imitari dd tāq̄ bōi
filij i māſuetudie ⁊ iuſticia ipiꝰ. ꝺr ei de ipſo .ij. Re. xxiij. a. Ipſe
eſt enī q̄ſi tenerrimꝰ ligni ꝟmiculus: q̄ licet ſit molliſſimꝰ tn̄ ꝑ
forat lignū durū. Sic reges ⁊ ep̄i debent eſſe molles ⁊ ſuaues
erga bonos ⁊ efficaciter punire rebelles obſtinatos.

e b a ¶Et nemo pote.rc. Nota venena inuidie ſuperari poſſe: ſed difficile conquieſcere.

Nico.de lyra

a ¶Et nemo po.ei re.q2 nõ poterant ſcripturã negare. Conſiderandũ tñ ꝙ iudei moderni di/ uinitatẽ chriſti negãtes dicũt predictã auctoritatẽ dictã eſſe ad lrãm de abra/ am: ⁊ ꝙ eliecer diſpẽſator dom⁹ abrae fecit hũc pſalmũ: agens deo grãs de vi ctoria quã habuit abraã de quatuor regi bus: vt hr Gen.xiiii. poſt quã victoriã apparuit dñs abrae/ dicẽs: Noli time re abraam ego ꝓtector tuus ſuꝫ: ⁊ mer ces tua magna nimis. Dicunt ergo ꝙ elie cer loquit̃ ſic: Dixit dñs.i.deus celi q̃ eſt dñs oim. Domino meo: abraã. Se/ de a dextris meis ⁊c.q2 cõfortauit euꝫ: vt viſuꝫ eſt ꝓmittendo ei auxiliũ ⁊ pre miũ: ſed iſta expoſitio p3 falſa. p̃mo ꝑ
†19.di.c.ſe/ cundum titulũ pſ. vbi ponit̃ pſ. dauid etiam in hebreo qđ nõ ponitur in pſ. factis ab
† 1.q.1.c. oia.et.c.ſig nificaſtis et c.nõ ɋleſ⁊. 3.q.7.§.ſi. alijs. Item ꝑ illud qđ ſubdit̃ in pſ. eo/ dem. Ex vtero ante luciferuꝫ genui te. qđ nõ poteſt dici de abraã ꝙ ſit genit⁹ ex vtero dei vel ſubſtãtia ⁊ ante lucife rũ.i.ante mũdi creationẽ: ſed ſolũ põt verificari de filio dei: ⁊ iterũ i fine pſ. dr̃: Tu es ſacerdos ⁊c. qđ nõ põt veri ficari de abraaꝫ qui nõ fuit ſacerdos: ⁊
† Lu.11.f 26.q.7. c. alligant De cõ. diſ. 4.c.baptiſ/ mus dato ꝙ fuiſſet: tñ ſacerdotiũ ei⁹ non po tuiſſet fuiſſe in eternũ: ſed ſolum chriſti ſacerdotium eſt eternũ.

Jn ca.xxii. vbi dr̃ in poſtil. Quia aĩa nõ põt pfecte eſſe quieta.

ƒ **Additio.** Perfecta bõis bea/ titudo q̃ eſt in viſiõe diuĩe eſſentie ꝑncipalr̃ cõſiſtit in aĩa q̃ non dependet a corꝑe. vñ ſine corpore põt aĩa eẽ beata: vt in p̃ma ſcde.q.iiii. arti.v.in cor.q. licet verũ eſt ꝙ pfect⁹ habebit aĩa ſuã ꝓpriã opationẽ in q̃ fe/ licitas ɔſiſtit cũ ſit vnita ſuo corpi glo/ rioſo ɋ̃ ſeparata: ⁊ h̃ denotant verba Aug.xii.ſup Geneſim ad lrãꝫ.ſi recte intelligant̃. Siĩr dicendũ ẽ ꝙ aĩa ſepa rata i viſione diuĩe eẽntie totalit̃ quie ſcit ex pte appetibilis cũ habet illud qđ ſuo ſufficit appetitui: ꝫ nõ totalit̃ quie ſcit ex pte appetentis: q2 illud bonũ nõ poſſidet ſm oẽm modũ quo poſſidere vellet. vñ corpe reſumpto beatitudo non creſcit intenſiue ſed extenſiue tñ vt in q̃ſtione ꝑallegata: nec eſt neceſ ſariũ ꝙ deductio iſta intelligat̃ in verbis ſaluatoris: q2 ad con cludenduꝫ contra ſaduceos ſufficit ꝓbare ꝙ aĩa ſit imortalis. Nam ex mortalitate anime quã ipſi credebant procedebãt ad negandum reſurrectionem.

a eſt: Et nemo poterat ei reſpõde a
a ¶quia ɔfutati ſunt verbis.
re verbũ: neq3 auſus fuit q̃ſq3
¶ſ3 ꝓpter cõphẽſum tradũt romane ptãti.
ex illa die eũ ãpli⁹ iterrogare.

¶vt ɔfuſio illoꝝ iſtꝰ ſit di ſciplina. ɔfutat̃ mal⁹ vt cor rigat̃ bon⁹: q̃dq̃d fac̃ mal⁹ ꝓpter bonos fit.

b **T**Unc Ca.XXIII b
locut⁹ eſt ieſus ad turbas et ad diſcipulos ſuos/ dicens: †Sup c
¶doctrinã quã docuit moyſes.
cathedrã moyſi ſederunt ſcribe d
a ¶ꝓpẽ cathedrã nõ vitã. ¶ad'cathe/
et phariſei† Omĩa ergo q̃cunq3 e
drã ptinẽtia. ¶in corde. ¶in ope.
dixerint vobis/ ſeruate et facite:
¶doctrinã tenete nõ vitã.
ſm opera vero eorum nolite fa f
¶q2 nõ ɔcordat vita cũ doctrina.
cere. Dicũt ei ⁊ nõ faciũt.† Al/ g
a ¶vñcũq3 traditiones colligãt q̃ ɔſcien/ tiã nõ leuãt: ſ3 grauãt q̃s ſuis virib⁹ iple/
re nõ pñt. a ¶q̃ſi ad h̃ fortes ſint.
c ligãt eñi onera grauia et impor/
tabilia ⁊ imponunt in hũmeros
a ¶.i.nec in minimis pficiũt: que ſine gra tia implenda docere p̃ſumũt.
hoiem: digitõ autẽ ſuo nolũt ea b
¶et h̃ p ptes oñdit: Dilatãt ⁊c.
d mouere. Oĩa võ opa ſua faciũt i
a ¶eo fine vt venẽt glĩaꝫ ⁊ iõ nõ pñt crede re xp̃o celeſtia pdicãti. b ¶p ptes oñdit.
e vt videãt ab hoĩb⁹. Dilatãt eñi k

ma in duas: q2 p̃mo ſaluator hmõi motiuũ oñdit. ſecũdo h̃ mo/ b tiuũ a ſuis diſcipulis excludit/ ibi: Uos autẽ. Motiuũ aũt fuit ſupbia phariſeoꝝ ⁊ legiſperitoꝝ: ⁊ hec ſupbia oñdit̃ ex tribus p̃mo ex abuſu ſue poteſtat'. ſcdo ex ſimulatiõe ſctitat': ibi: Oia
✠ 3: Tertio ex ambitiõe dignitat'/ ibi: Amãt aũt p̃mos recubit⁹ in cenis. Circa p̃mũ ɔſiderãdũ ꝙ a tpe moyſi fuerũt conſtituti a deo.lxx. ſenes etate ⁊ ſcia ꝓuecti: q̃ cũ moyſe haberẽt curã ppl̃i: ⁊ dicebant̃ iudices ordinarij q2 ad ipſos fiebat recurſus i dubijs cau ſis: magne etiã cauſe non tractabant̃ ſi ne eis: ⁊ iſtud fuit obſeruatũ apud iude os q̃diu fuerũt in ptãte: ⁊ h̃ eſt qđ dic̃ hic ſaluator: c ¶Sup ca.moy.i.i au ctoritate iudicandi ppl̃m. d ¶Sede/ rũt ſcri.⁊ pha.q2 illi q̃ videbant̃ i po pulo eẽ magis periti ad hoc eligebant̃. e ¶Oia q̃ q̃cuq3 di.vo.fa.q2 prela tis etiã malis eſt obediendũ: niſi in his q̃ ſunt manifeſte ɔ̃ deũ: ⁊ ſũt habẽdi in reuerẽtia q̃diu tolerant̃ in officio ſuo: qđ p3 ꝑ exemplũ dauid q̃ venerabatur ſaulẽ regẽ: licet ſciret eũ eſſe malum ⁊ a deo reprobatũ. f ¶Opa aũt eo.no. fa. q2 nõ ſunt imitãdi in malis: imo tñ in bonis. g ¶Alligãt eñ one.⁊c. q2.ſ.legis ꝑcepta cõſtituerant multa ex ſuis traditionib⁹. ſicut.ſ.patuit ca. xv. q̃ erant ſubdit' grauia ⁊ importabilia. h ¶Digito autẽ ſuo no. ea mo.i. modicũ conatũ ad agendũ talia nolunt apponere. Ex hoc p3 ꝙ ille q̃ ɔſtituit le gẽ aliquã: licet nõ ſit ſubdit⁹ legi q̃tum ad hoc ꝙ puniat̃ ꝑ boiẽꝫ ſi ɔ̃riũ faciat: tñ obligat⁹ eſt ad legẽ implendã: ⁊ gra uius punit̃ a deo ſi faciat ɔtrarium: q2 tranſgreſſio eius grauior eſt ꝓpter ſcãda/ lum. ꝓpter qđ dicit ſapiens: Patere le gem quã ipſe tulerit. Et eſt de ɔſi. Cũ b omnes.dr̃: Quod q̃ſquis iure in altero ſtatuit ipſe eodeꝫ iure vti debet. Patet etiã ex pdict' ꝙ illi q̃ ſtatũ eccl̃ie in gene rali: ſeu aliquẽ ſtatũ eccl̃ie in ſpũali one/ rant q̃buſ ſtatutis ſine magna ⁊ eui/ denti neceſſitate abutũtur ſua ptãte: ſic faciebãt phariſei ⁊ ſcribe. vñ dic̃ Aug. ad inq̃ſitões ianuarij loquẽs ꝺ religio ne chriſtiana: iſtam religionẽ noſtram quã dñs noſter ieſus xp̃s i pauciſſimis ſacramentoꝝ celebrationib⁹ voluit eẽ liberã q̃dã ſeruilib⁹ pre mũt onerib⁹ adeo vt tolerabilior ſit cõditio iudeoꝝ: q̃ nõ hũa/ nis p̃ſumptionib⁹ ſ3 diuinis ſubijciũt̃ inſtitut'. i ¶Oia vo. Hic oñdit̃ ſupbia phariſeoꝝ ex ſimulatiõe ſanctitatis: q2 h̃ fa ciebãt vt eẽnt in reuerentia ⁊ honore in pplo. ⁊ h̃ eſt qđ dicit: Oia võ opa ſua fa.vt vi.ab ho.i. ꝓpter glĩam humanã: q2 videri in bonis ꝓpter glĩam diuinã nõ eſt malũ ſ3 mag' me ritoriũ.vt.ſ.dictuꝫ eſt.v.ca. k ¶Dilatãt phylateria ſua. phylateria ſm qđ dicit Hiero.erãt quedã chartule i quib⁹ ſcri/ ✠ bebat̃ decalo

Glo.ordi.

b **T**Unc locutus eſt. Jllis cõfutatis Ca. XXIII qui doloſi ſunt: inſtruit eos q̃ idonei ſũt: nihilomin⁹ hortans eos ſubuci illis ꝓpter ſacerdotiũ ⁊ nois di/ gnitateꝫ: nõ opa ſed doctrinã ɔſiderantes. c ¶Onera gra. Legio mãdata ɔmixtis ſuis traditiõibus ſm ea ſuadentes vi
Lu.11.d uere: ⁊ nõ venire ad facilẽ ⁊ delectabilẽ gratiã xp̃i. vñ pſ. Ue/ nite ad me q̃ laboratis ⁊ onerati eſtis. d ¶Oia vero. dixit tales doctores audiendos eẽ: nõ imitandos. nũc oſtendit cãm ꝓpter q̃d nõ poſſunt credere xp̃o.i. q2 oia faciũt vt videant̃ ab hoĩbus. Nõ põt eñi xp̃o celeſtia pdicanti credere qui gloriam terrenã cupit. e ¶Dilatãt.nõ vt faciẽdo ſint iuſti: ſed vt di cendo appareãt iuſti. Dilatãt eñi phylateria. datis mãda/ tis ꝑ moyſen intulit dñs: ligabis ea in manu tua ⁊ erũt imota b ante oculos

Nico.de lyra

Diuiſio **T**Unc locut⁹ eſt ie.ad tur.⁊c. Ca. XXIII Hic oſtẽdit̃ tertio iudeos eẽ iuſte reprobatos: quia fuerũt fictores bonitat'. ⁊ diuidit̃ in duas ptes: quia ſaluator p̃mo ponit hui⁹ fictiõis motiuũ. ſcdo cõcludit hui⁹ mo tiui multiplicẽ effectũ/ ibi: Ue aũt vobis ſcribe ⁊ phariſei. Pri ma in

Moraliter. Tũc locut⁹ ⁊c. e ¶Oia q̃ q̃cunq3 dixe/ Moraliter rint vo. ſeruate ⁊ fa. ſm opa võ coꝝ nolite face. Hoc generalit̃ intelligẽdũ eſt de oibus bñ docẽtib⁹ ⁊ male viuẽti/ bus: nam eorum doctrina debet acceptari ⁊ vita repudiari. g ¶Alligant eñi one.⁊c. Hiero. Hoc generalit̃ dr̃ aduer ſus oẽs magiſtros q̃ grãdia iubẽt ⁊ minora nõ faciunt. Chry. Tales aũt ſunt q̃ graue põdus veniẽtibus ad pniam iponũt: ⁊ ſic dum pñs pena fugit̃ ɔtẽnit̃ futura. Si eñi falcẽ ſup hume ros adoleſcentis quã nõ põt portare poſuerit: neceſſe habꝫ vt aut faſcem reijciat aut ſub pondere cõfringat̃. Sic ⁊ hoĩ cui graue pondus pnie imponis. neceſſe eſt vt aut pniam reijciat aut ſuſcipiẽs dũ ferre nõ põt ſcandaliçat⁹ ampli⁹ peccet. Dein de ſi erram⁹ modicã pniam imponendo: nõne meli⁹ eſt ꝓpter miſericordiã reddere rõnẽ q̃ ꝓpter crudelitatẽ: vbi paterfami lias larg⁹ eſt: diſpenſator non debet eẽ tenax. i ¶Oia vero opa ſua fa.⁊c. Chryſo. Jn oĩ re naſcit̃ qđ eum exterminat. ſi cut in ligno vermis ⁊ in veſtimẽto tinea. vñ ſacerdotũ miniſte riũ q̃ poſitũ ſũt ad edificationẽ ſctitat': corrũpere diabolus ni/ titur: vt hoc ipſum bonũ duꝫ ꝓpter homines fit fiat malum.
✠ Amãt pri

ante oculos tuos.i.ſint tibi in ope ꝛ meditatiõe. Et pharisei male iterp̄tãtes ſcribebãt decalogũ in mẽbranuł ꝛ ligabãt in frõte ꝑ qđ religioſi viderenť pplis. Juſſerat etiã moyſes vt i q̃ttuoꝛ ãgul' palliox facerẽt fimbrias vt ꝑ h̃ eſſent diſcreti iſra eliticí ppſi. Illi ꝟo faciebãt grãdes fimbꝛias: ꝛ in eis ligabãt acutas ſpinas vt eũdo ꝛ ſedẽdo inter dũ pũgerenť: q̃ſi ſic cõmoniti retraherenť ad officia dei. Hmõi faciunt hodie zelo dei: ſʒ nõ ẽm ſciaʒ mulierculę in puis euangelꝰ ꝛ ligno crucis ꝛ in hmõi rebus qđ ſupſtitio ẽ. Phylateria hebꝛaicũ nomẽ ẽ: ꝛ ſonat ſuatoꝛia phylare em̃ ſuare: toraꝫ lex iterp̄tať.

phylateria

a ¶ Vos aũt. Dupliciroñe ab his attẽdere iubet: ne coꝫ ſimulatione ſeducamur: vel ne emulatione inflãmemur. b ¶ Unus eſt.q̃ illuminat hominẽ: qđ nõ alius hõ: ſʒ tm̃ exercet docẽdo: nõ intellectũ p̄ſtat. c ¶ Pater veſter q̃ in cel' ꝛc. Deus dꝛ pr̃ ꝛ magiſter natura: hõ indulgẽtia. Pater: vt honoꝛ etati deferať: nõ vt auctoꝛ vite habeať. Magiſter ex ꝯſoꝛtio veri magiſtri tãq̃ eiꝰ nũcius ꝛ ꝓ reuerẽtia eius a q̃ mittiť honoꝛať. d ¶ Qui maioꝛ ẽ. Certãtibꝰ de pꝛioꝛatu diſcipulis (vt Lucas ait) chꝛiſtꝰ nõ eos inite ꝯtẽtionis arguit: ſʒ formã hũilitat' oñdit. Qui maioꝛ ẽ.i.maioꝛis meriti. vel qui p̄ferť alijs dʒ eos ꝯuenire obſeq̃ndo nõ ſupbe dñando. Vñ agẽdibus ꝓ humilitatẽ ſit ſociꝰ. Ꝯ delinquẽtes zelo iuſticie ſit erectus. Nõnunq̃ grauiꝰ delinquiť ſi iter ꝑuerſos plus eq̃litas q̃ diſciplina cuſtodiť. Rectorẽ ꝛ mr̃eʒ exhibeat pietas: ꝛ p̄rem diſciplina. Cauendumq; eſt ne aut diſtrictio rigida aut pietas ſit remiſſa.

B e ¶ Clauditis. Uel malo exẽplo vł mviſteria ſcripturaruꝫ tollendo. Exẽmplo em̃ ꝛ doctrina eoꝛum qui magiſtri ſunt alij quidem chꝛiſtũ nõ recipiunt. q̃ Circũitis

phylateria ſua ꝛ magnificãt fim
a ¶ q̃ſi mercedẽ ſue religionis gulã ſequuťur: ꝛ in publico gloꝛiã querũt.
bꝛias. Amãnt aũt pꝛios recubit' a
a ¶ magros pꝛios ſedere nõ vetat: ſʒ eos arguit q̃ hec hũta vł nõ hũta: idebite appetũt.
in cenis: ꝛ p̄mãs cathedras i ſy b
nagogi: ꝛ ſalutatões i foꝛo: ꝛ vo c
a ¶ id eſt ne qđ ſo debeť voß ꝯſumať: nec alios rabbi vocetis: ne diuinũ hoiẽbus honoꝛẽ deferatis. ¶ magiſter.
a can ab hoib' rabbi. Uos aũt no
b lite vocari rabbi. Unꝰ ẽ em̃ ma d
giſter veſter: omnes autem vos e
¶ ab vno facti vnius nature.
fratres eſtis. Et patrẽ nolite vo f
e care voß ſup terram: vnus ẽ em̃
¶ auctoꝛ nature: q: ex iꝑo ſunt oia.
pater veſter q̃ in cel' eſt. † Nec vo g
a ¶ ne appetať vocari. b ¶ repetit ꝓp̃' filiũ ꝑ quẽ ſunt oia vel ꝑ quẽ recõciliati ſumus.
cẽmini magiſtri: q: mãgiſter ve
a ¶ cui quicq̃d ſcitis attribuendum eſt.
b ¶ de pꝛimatu nõ ſit ꝯtentio inter vos.
b ſter vnus eſt chꝛiſtus. Qui ma b
ioꝛ eſt veſtrũ / erit miniſter veſter. i
a ¶ ſcaute eleuauerit. b ¶ a dño: ꝛ ſi nõ corã hoib'. ¶ de bñfact' ꝓuide. ¶ a deo.
Qui aũt ſe exãltauerit humiliabitur: et qui ſe humiliauerit / exal k
a ¶ q̃ habet' noticiã legis ꝛ ꝓphetaꝝ.
tabitur. Ue autẽ võbis ſcribe et m
a ¶ q̃ aduentũ x̄pi doctrine ſimulatiõe abſconditis: q̃ aperit regnũ celoꝝ.
e phariſei hypocrite: qui clauditiſ
regnum celorum ante homines:
a ¶ nõ creditis. b ¶ Credere volẽtes.
Uos em̃ nõ intrãtl: nec intro eũ n o
a ¶ q̃ veſtra ſupſtitione nihil intẽditis niſi vt pdã de ſubiecta plebe faciatis.
tes ſinitis intrare. † Ue võbis ſcri p
be ꝛ phariſei hypocrite q̃ comedítis domos viduaꝝ / orõnes lõ

re in ſummo ſacerdote ⁊ in feſto expiationis: vt dictū eſt. Ex q̄/ bus manifeſte pꝫ ꝙ officiū huius incēſi de quo euāgeliſta loq̄/ tur ꝑtinebat tm̄ ad ſummū ſacerdotē: ad quē ſolū officium feſti expiatiōis ꝑtinebat: vt Leuit̄.c. allegato. Itē pꝫ ꝑ ħ qđ habet̄ eo.ca. vbi ſic: Et factū ē vt ipleti ſūt dies officij eiꝰ abi/ ūt in domū ſuā. Singlare eñ erat in ſū mis ſacerdotibꝰ: vt ꝑ ſeptē dies añ fe/ ſtū expiatiōis ſepararent̄ a ꝓpꝛijs domi/ bus: ⁊ habitarēt in certis cenaculis tēpli: vt deo deuotius ma/ ciparent̄: vt habet̄ expſſe in Thalmud in libꝛo qui intitulatur Ioma. i. dies expiationis.ſ. vbi tractat̄ p̄ncipalit̄ de hoc feſto: que quidem ſeparatio ſm̄ eos habet fundamentum Leuit̄.xxi. vbi de ſūmo ſacerdote ad lrām tractās dicit: Et nō egrediatur de ſanctis. vbi hebꝛaica veritas hꝫ: De ſanctuario: qđ intelli/ git̄ de tꝑe celebꝛatiōis huius feſti. De ceteris aūt ſacerdotibꝰ nō legit̄ ſilr̄: ⁊ ſic manifeſte patet ꝙ ʒacharias erat ſummus ſa cerdos: eo ꝙ incēſum ponebat in feſto expiationis: que poſitio ſoli ſūmo ſacerdoti ꝑtinebat: ⁊ ſic ſnīa ſanctoꝝ.ſ. Ambꝛo. ⁊ Be de ſunt valide: cui ꝯcoꝛdat magiſter hiſtoꝛiaꝝ: ⁊ nullus ſancto/ rum doctoꝝ oppoſitū aſſerere videt̄. Itē ⁊ in eccl̄ijs huius re/ gionis in officio matutinali natiuitatis beati Iohannis bapti/ ſte expſſe legit̄ ꝙ hec poſitio incenſi fuit in die expiationis. Eſt etiā maxie ꝯſonū rōni ꝙ ꝯceptio p̄curſoꝛis chꝛiſti qui ad dan/ dam ſciam ſalutis plebi in remiſſionē pctōꝝ venerat: in die ex/ ceptionis qui in memoꝛiā remiſſionis pctī vituli agebat̄ fuiſſ₃ annūciatus. ⁊ ꝯſir ꝯceptio chꝛiſti die imolatiōis agni paſchal̄: qñ etiā chꝛiſtus paſſus ē annūciata fuiſſet. Cū eñ annunciatio p̄curſoꝛis fuit in die expiationis.ſ.x. luna mēſis ſeptimi: cuius cōceptio fuit ꝑ aliquos paucos dies poſt qñ.ſ. ʒacharias reuer ſus fuit ad domū ſuā: ſequit̄ ꝙ ſextus menſis a dicta cōceptio/ ne finiret̄ in.xiiij. luna p̄mi menſis fere qñ agnus immolabat̄. Utrū eñ hec.xiiij. luna cōcurriſſet cum.viij. kalendas Apꝛilis ꝓut magiſter hiſtoꝛiaꝝ dicit vel non: non eſt multū curandum. Nam cōputatio feſtiuitatū in lege antiqua ſolū reſpiciebat mē ſes lunares. Ad illud aūt qđ obijcit poſtillatoꝛ de hoc qđ non fuit facta mentio ꝙ ingreſſus eſſet ʒacharias niſi ad imponen/ dum tm̄ incēſum ⁊c̄. dicendū ꝙ q2 in admīſtratione incenſi p̄ci/ pue ꝯſiſtebat. periculū ſūmi ſacerdotis in illo feſto: qua rōne et multitudo ppl̄i in illa hoꝛa ſpecialiter orabat: vt dictū eſt. Idcir co de illo officio tm̄mō fecit mentionem. nō aūt de aſꝑſione ſan guinis in qua nō ꝯſiſtebat eodē mō periculū tale: licet etiā cre/ dēdū ē ꝙ celebꝛaſſet aſꝑſionē ſanguīs ⁊ fecit oīa alia ad hmōi officiū ꝑtinētia: q̄ tm̄ euāgeliſta p̄termiſit: nō curās tractare niſi de incēſo: in q̄ tꝑe pplꝰ orabat ⁊ āgelus apparuit. Ad aliud qđ obijcit de hoc qđ đ: Apparuit ei angelus ſtans a dextris alta/ ris incēſi ⁊c̄. dicendū ꝙ poſito ꝙ illud altare nō ſit intra ſancta ſctōꝝ ſ₃ intra ſctā tm̄: ex ħ nō ſequit̄ ꝙ ʒacharias nō intraſſet ſā ctaſctōꝝ: ſ₃ ꝙ āgelus apparuit ei intra ſctā. Ad aliud aūt qđ di cit ꝙ illud incēſum.ſ. feſti expiationis nō ponebat̄ ad offerēdū: ſ₃ vt nebula ꝯſurgens operiret oraculum ⁊c̄. dicendum ꝙ ħ eſt verum ſ₃ magis facit ꝯ eum: vt dictum eſt. Ad hoc aūt qđ dicit vlterius ꝙ p̄ter illum ingreſſum qđ ꝑtinebat ad ſūmū ſacerdo/ tem tm̄ q̄tidie intrabant ſacerdotes minoꝛes ⁊c̄. dicendū ꝙ ve rum eſt: ſ₃ ʒacharias intrauit vt ſūmus ſacerdos ad ponendum incēſum: ꝑtinēs ad diē expiationis vt iā dictū eſt. Ad aliud qđ dicit ꝙ videt̄ eſſe ficticium vt ſūmus ſacerdos eſſet ille in cuius hebdomada cadebat expiationis feſtum ⁊c̄. dicendum ꝙ verū eſt ħ nō eſſe autenticū: ſ₃ veritas huius nō requirit̄ ad verita/ tem ſnīe Ambꝛoſij ⁊ Bede ſupꝛadicte: ſ₃ tm̄ requirit̄ ꝙ eſſent plures ſacerdotes ſimul ⁊ nō vnus tm̄: qđ etiam in p̄templo pꝛi mo poſſet ꝯcedi. Nam in illa oꝛdinatione quā fecit dauid de ſa cerdotibus: vt videt̄. j. Paral̄.xxiiij. a. ſat̄ patet ꝙ ſadoch erat ſūmus ſacerdos inter filios eleaʒar. ⁊ abimelech int̄ filios itha mar. ⁊ ſic erant duo ſummi ſacerdotes ⁊ pontifices: l₃ poſtilla/ toꝛ videtur diſſentire huic. S₃ quicq̄d ſit de templo pꝛimo ſal/ tem in tēplo ſcđo: p̄ſertim verſus finē manifeſte patet ꝙ erant plures ſūmi ſacerdotes ſimul. Nā in paſſiōe chꝛiſti Mar.ca. xiiij. đ ꝙ illi q̄ venerāt ad capiendū chꝛiſtū fuerant miſſi a ſum/ mis ſacerdotibus: ⁊ ſic patet ꝙ ſimul ꝯcurrebant plures ſacer dotes in vnum: quoꝝ quilibet poterat celebꝛare in feſto expia/ tionis. Sed ad eligendum quis eoꝝ miſtraret videbat̄ per ſoꝛ tem: q2 foꝛte q̄libet retrahebat ſe a celebꝛatione illius diei timo re periculi ſupꝛadicti. vñ euangeliſta dicit: Soꝛte exijt vt incen ſum poneret. Nō eñ dixit vt ſacrificaret vel hmōi: l₃ eſſent p̄n/ cipalia in illo officio: ſ₃ poſitionem incenſi cōmemoꝛat: vt innu/ eret periculū q̄ ab officio retrahebant̄. poſſet etiam illud verbū foꝛte exijt: vt q̄dam dicūt referri ad pꝛimam electionem ʒachā/

C

D

 rie in pōtificatū

A rie in pontificatum que forte per ſortem fuerat ꝛc.
¶ In eodem ca. vbi dicit̃ in poſtil. qꝛ fuit conceptus in ſe/
ptembris mẽſe.
¶ Additio. ij. Ut dictũ eſt p̃cedenti additione: precurſoꝛ cõ
ceptus fuit circa mediũ mẽſis ſeptimi: ꝛ ꝑ conſequens ſalua/
toꝛ circa medium menſis primi: loquendo de menſibus luna/
ribus: quibus tunc feſta regulabant̃.
¶ In eo. ca. vbi dr̃ i poſtil. Licet em̃ ioſeph nõ fue. ſal. pat̃.
¶ Additio. iij. De hac materia fuit large tractatũ ſupra in
additione Mat. i. vbi agit̃ de genealogia xp̃i. vide ibi.
¶ In eo. ca. vbi dr̃ in poſtil. Mulieres bñdicent̃ in te.
¶ Additio. iiij. Melius videt̃ dici ſm̃ Grego. in glo. vbi
ſic: Utriq; in vtriſq; bñdicunt̃: velut em̃ ꝑ vnã ꝛ vnã feminã
ꝛ matrẽ peccatũ ſimul ꝛ triſticia: ſic ꝛ nũc ꝑ vnã ꝛ vnã benedi
ctio reuocata eſt: ꝛ leticia ad ſingulos eſt ꝓfuſa.
¶ In eo. ca. vbi dicit̃ in poſtil. Qm̃ virũ nõ cogno.
¶ Additio. v. Licet em̃ q̃ noſtri doctoꝛes tradũt de ꝓpoſi/
to beate virginis circa virginitatẽ: ſimiliter ꝛ de eiꝰ voto ſint
tenenda tanq̃ vera: verba tñ beate virginis dicẽtis: Qm̃ vi/
rũ nõ cognoſco: nõ videnẽ hoc dicere: nec ex eiſdẽ verbis vi/
det̃ hoc ſequi: poſſibile em̃ eſt ꝙ aliqua virgo nõ cognoſcat vi
rũ cõiter loquendo ſeu intelligendo de viri cognitione: q̃ tñ
nõ habeat ꝓpoſitũ nec votũ virginitat̃. Sed p̃dicta virginis
verba ꝑampliꝰ videnẽ enucleanda. Ad quod ſciendũ ꝙ ſm̃
Aug̃. in libro de moꝛibus eccleſie: et etiã antiquos ph̃os vir
tutes multipliciter cõſiderant: Uno. ſ. modo ꝓut ſunt exẽpla/
res: ꝛ ſic ꝑtinent ad deũ in quo p̃exiſtũt oim̃ rerũ rõnes. Alio
modo ꝓut ſunt pollitice: ꝛ ſic ꝑtinent ad hominẽ inq̃tum re/
cte ſe habet in rebꝰ humanis gerẽdis: de q̃bus virtutibus. ſ.
politicis ph̃i cõiter tractãt: inter quas virtutes. ſ. politicas et
exemplares: quedã medie interponunt̃. ſ. virtutes purgato/
rie: que ꝑtinẽt ad illos qui virtutes politicas trãſcendentes i
diuinã ſimilitudinẽ conant̃ tẽdere. Sunt etiã ſuꝑ h̃ virtutes
purgati animi: q̃ dicunt̃ virtutes iã quodãmodo aſſequẽtium
diuinã ſimilitudinẽ q̃tũ in hac vita poſſibile eſt: q̃ a ph̃o i. vij.
Ethic. virtutes heroice dicunt̃. i. diuine: ſm̃ quã cõſideratio/
F nẽ dicunt ꝙ tẽperãtia purgati animi attingit̃: cũ iam quis tm̃
aſſequit̃ diuinã ſimilitudinẽ vt terrenas cupiditates neſciat:
ꝛ ſm̃ hũc modũ virginitas videt̃ attribuenda beate virgini:
ſic. ſ. vt terrenas cupiditates ꝯcupiſcẽtie nedũ nõ habeat ſeu
ꝓponat vel voueat nõ habere: ſꝫ etiã vt eas penitꝰ neſciat: qð
eſt altꝰ ꝛ ꝑfectꝰ q̃ virginitatꝭ ꝓpoſitũ habere ſeu vouere: et
hanc ſentẽtiã ꝓprie ſonãt ipſius verba, cũ dicit: Uirum nõ co
gnoſco: q̃ ꝓprie ꝑtinet ad virginitatẽ purgati animi. ſ. hero/
cam: q̃ quidẽ diſtinctio virtutũ quadripartita tractat̃ ad ple/
nũ in prima ſcd̃e. q. lxi. arti. v. in corpore queſtionis.
¶ In eodem ca. i. vbi dicit̃ in poſtil. Uerũtñ qꝛ iſtud exem/
plum nõ eſt vſq̃quaq̃.
¶ Additio. vj. Hoc exemplũ ẽ ſatis ꝑfectũ interrogatiõis
virginis marie: ipſa em̃ vt dictũ eſt nõ querbat de facto: ſꝫ de
modo fiendi. ſ. vtrũ oꝛdine naturali cõceptura erat vel ſupna/
turali: ꝛ ideo cũ angelus ei inducit exemplũ de cõceptione ſte
rilis que eſt ſupnaturalis ſufficiẽter erat virgo edocta de mo/
do fiendi qð erat. ſ. miraculoſum ꝑ omnipotentiã diuinam: et
ideo ſubdit: qꝛ nõ eſt impoſſibile ꝛc. ¶ In eo. ca. vbi di
cit̃ in poſtil. Sed poſtea cũ aſſenſit tunc cõce. ꝛc.
¶ Additio. vij. Uidet̃ poſtil. ſentire ꝙ cõceptio filij dei fu/
it facta ſtatim cũ beata virgo dixit: Fiat mihi ſm̃ verbũ tuũ: ꝛ
nõ antea: ꝛ eſt vera ꝛ cõis opinio doctoꝝ. vñ magiſter in. iij.
di. iij. dicit: Poſt cõceſſum ſeu cõſenſum virginis ſancte: ſpũſ
ſanctus ꝑuenit in ipſam ſm̃ verbũ dñi: ꝛ infra: potentiã dei v̾
bi receptiuã p̃parãſ ſimul aũt ꝛ generatiuã. Silr̃ ſctũs Tho.
in. iij. pte. q. xxx. arti. i. in corpe. q. inter alias rõnes q̃s aſſig/
nat q̃re fuit ꝯueniẽs virginẽ annũciari ꝑ angelũ. Una eſt vt
oſtẽderet̃ eẽ quoddã ſpũale mr̃imoniũ inter filiũ dei ꝛ huma
nã naturã: vñ ꝑ annũciationẽ ſpectabat̃ ꝯſenſus v̾ginis quẽ
expſſit dicẽdo: Ecce ancilla do. ꝛc. q̃ requirebat̃ ad illud ſpũa
le mr̃imoniũ. ſ. incarnatiõis inter filiũ dei ꝛ humanaꝫ naturã.
Berñ. etiã ſuꝑ miſſus eſt. Home. iiij. oſtendẽs ꝙ ꝯſenſus v̾/
ginis requirebat̃ ex diuina oꝛdinatiõe ad incarnationẽ: v̾bi
diuini q̃ſi alloquẽs virginẽ i ꝑſona hũani gener̃ ſic ait: Sta
tim liberabimur ſi ꝯſentis: ꝛ infra eã alloquens dicit: Rñde
itaq; citꝰ angelo: imo ꝑ angelũ dño rñde: v̾bũ ꝓfer tuũ ꝛ ꝯci
pe diuinũ: Emitte trãſitoriũ: ꝛ amplectere ſempiternuꝫ. Ex q̃
ptꝫ ꝙ ex mente Bernardi eſt ꝙ dũ beata virgo ꝓtulit v̾bum
ſuũ: vel ſaltẽ in vltimo inſtãti ꝓlationis ꝯcepit verbũ eternũ.
Sꝫ fuerũt q̃dã ab huiꝰ veritate deuiãtes qui videnẽ aſſeruiſ/
ſe ꝙ incarnatio v̾bi diuini p̃ceſſit ſalutationẽ euangelicã. Uñ
in quibus

in quibuſdã eccl̃iis etiã cathedralibꝰ et aliis nõ modice aucto G
ritatis in quadã lectione de annũciatiõe virginis hec v̾ba cõ
tinent̃. Miſſus fuit gabriel ad virginẽ ꝛ anteq̃ ad v̾ginẽ ꝑue
niſſet inuenit deũ virgineis illapſum viſceribꝰ: ꝛ diuinã maie
ſtatẽ virginalis vẽtris breuitate ꝯcluſam. ꝛ. ſ. poſt pauca ſub
dit: Deniq; ꝛ archangelus nõ ait: Aue gr̃a replẽda ſꝫ plena
nec veniet in te: ſꝫ dñs tecũ. Hec in p̃cedẽti lectione: q̃ quidẽ
aſſertio veritati euãgelice manifeſte repugnat: Teſtat̃ ei euã
geliſta angelũ poſt ſalutationẽ virgini dixiſſe: Ecce ꝯcipies i
vtero: ex quo ptꝫ ꝙ cõceptio xp̃i in vtero etiã poſt ſalutationẽ
fuit futura: nõ g̃ añ p̃dictã ſalutationẽ in vtero cõcepit cũ tal̃
ꝯceptio nõ fuit niſi ſemel. Legit̃ etiã. i. Lu. ii. de xp̃o: ꝙ voca
tũ eſt nomẽ eiꝰ ieſus qð vocatũ ẽ ab angelo priuſq̃ i vtero cõ
ciperet̃. Ex q̃ ptꝫ manifeſte ꝙ qñ angelꝰ dixit hẽ v̾gini: Uo/
cabis nomẽ eiꝰ ieſũ. nõdũ ꝯceptus erat in vtero xp̃s: ſꝫ ꝯſtat
ꝙ ſalutatio p̃ceſſit predictã vocationẽ: g̃ qñ v̾go fuit ſalutata
nõdũ cõceptus erat xp̃s in vtero: qð manifeſte euacuat predi
ctã aſſertionẽ. Probatiões aũt q̃s predicta lectio inducit ni/
hil faciũt ad ꝓpoſitũ ſuũ oſtendẽdũ: qꝛ cũ dicit: Gr̃a plena: in
telligit̃ de gr̃a iuſtificationis ſeu ſctificatiõis q̃ ſp̃ fuit in vir/
gine. ſilr̃ cũ dicit: Dñs tecũ. ſ. cũ h̃ ꝯſtat ꝙ erat replẽda ꝑ ꝯce
ptionẽ verbi incarnati: ꝛ iõ angelus ad eã poſt ſalutationẽ q̃
rentẽ quõ fiet iſtud ait: Spũſſanctꝰ ſuꝑueniet in te: qð ſonat
de futuro. ſilr̃: Et virtꝰ altiſſimi obumbrabit tibi: qð ſimiliter
de futuro ſonat: vñ ſi in dictis antiquoꝝ doctorum inueniant̃
verba q̃ prima facie ſonẽt ꝙ deꝰ erat cũ btã virgine ante miſ/
ſionẽ angeli ſeu ante ſalutationẽ: ꝛ hmõi intelligenda ſũt ſm̃
gratiã habitualẽ ſeu ſctificationẽ mẽtis v̾ginis nõ aũt ſm̃ v̾
bi diuini incarnationem: aliter em̃ ꝯdicerẽt euãgelice verita
ti vt dictũ eſt: quã q̃dẽ lectionẽ tanq̃ erroneã ꝛ euãgelice v̾ita/
ti incõſonã in eccl̃ia Burg. cui ad p̄ns indignꝰ ꝛ imeritꝰ diui
na tñ ꝑmiſſione p̄ſum correxi: ꝛ ad cõformitatẽ euãgelice veri
tatis et ſn̄ie ſctõꝝ doctoꝝ ſub verbis ad h̃ ptinẽtibus reduxi:
ſubmittẽs tñ me ꝛ q̃cũq; mea ſacroſctẽ ſedis aplice determi/
nationi ꝛ correctioni ꝛ cuiuſcũq; veriꝰ ſentientis ꝛc.
¶ In eo. ca. i. vbi dr̃ in poſtil. Quia lꝫ ex oĩbus fuerit diſ/ H
poſita ad cõceptionẽ filij dei: ſpãliter tñ h̃ fuit ex hũilitate.
¶ Additio. viij. Rõ quare virtꝰ hũilitatis magꝭ fuit diſpo
ſitiua ad cõceptionẽ q̃ alie v̾tutes. Bed. declarat dicẽs: Di/
cebat em̃ vt ſicut ꝑ ſupbiã prime parẽtis mors intrauit i mun
dũ: ita ꝑ humilitatẽ marie vite introitꝰ pãderet̃. Et nota ſm̃
Greg. ſuꝑ illõ: Beatã me dicẽt: nõ aũt beatã ſe appellat iani
vexata gl̃ia: ſꝫ ſacro tacta ſpũ q̃ futura ſũt ꝓphetauit ꝛc.
¶ In eo. ca. vbi dr̃ i poſtil. Alit̃ etiã dr̃ ꝙ negauit ſe eſſe ꝛc.
¶ Additio. ix. Aliter etiam poſſet dici ꝙ negauit ſe eſſe ꝓ
phetã. ſ. illũ de quo Deu. xviij. d. legit̃: Prophetã ſuſcitabo
eis ꝛc. qð intelligit̃ ad lr̃am de chriſto: de quo principaliter
querebãt ſacerdotes ꝛ leuite: vt Joh. i. poteſt haberi.

Replica. In p̄mo ca. euãgelij Luce poſtil. dicit q̃rũ
dã etiã ſctõꝝ ſn̄iam eẽ ꝙ ʒacharias pater
Johis fuerit ſũmꝰ ſacerdos: cui ſn̄ie adheret Bur. ꝯ poſtil. q̃
tenet cõtrariũ: ꝛ q̃uis hec veritas opinionũ de ſacerdotio ʒa
charie nõ videt̃ multũ facere ad ſenſum lr̃e: qꝛ ſiue ʒacharias
poſuerit incenſũ vt ſũmꝰ ſacerdos: ſiue vt ſimplex: ſufficit ho/
ra incẽſi fuiſſe iohannẽ annũciatũ ꝑ angelũ: tñ veriſimile ẽ ʒa
chariã nõ fuiſſe ſummũ ſacerdotẽ: maxime ideo: qꝛ tp̃e domi/
nij grecoꝝ ꝛ romanoꝝ ſuꝑ iudeos ſũmũ ſacerdotiũ vende/
bat̃. ideo dicit Joſephꝰ cayphã ſummũ ſacerdotiũ emiſſe. nõ
aũt veriſĩle ꝙ ʒacharias cũ eſſet iuſtꝰ hmõi cõtractus ſimonia
cos fecerit vel approbauerit. Ea aũt q̃ Burg. ꝑ cõfirmatiõe
ſue opinionis narrat videnẽ ficta: qꝛ ex ſcriptura fundamẽtũ
nõ habẽt. ſmũ qð dicit ꝙ tp̃e incenſi in die expiatiõis tm̃ po/
pulus foris oꝛabat: nõ ꝓbat: qꝛ poterãt ſingulis diebus tp̃e
incẽſi foras oꝛare: nec ſcd̃m dictũ Bur. fundat̃ in lr̃a ꝑ eũ al/
legatã: dicit em̃ ꝙ filij aaron fuerũt puniti ꝓpter exceſſum fa/
ctũ ꝑ eos in feſto expiatiõis. nã ex lr̃a põt haberi oppoſitũ ꝙ
pctm̃ illoꝝ nõ fuit factũ in die expiationis: qꝛ ponere incẽſuꝫ
illa die veriꝰ ꝑtinebat ad ſũmũ ſacerdotẽ: qꝛ ſolꝰ illo die itra/
uit i ſctã ſctõꝝ. filij aũt aarõ nõ fuerũt ſũmi ſacerdotes: ſꝫ ſim/
plices: vt ptꝫ ex eoꝝ ꝯſecratiõe ꝛ veſtitiõe: Leui. viij. iõ nihil
ad eos de poſitione incẽſi illius fuit: igit̃ erroꝛ eoꝝ q̃tidiana
poſitione incenſi ꝑ ſimplices ſacerdotes fiendi: in qua qꝛ cõ/
tra preceptũ dñi fuerunt ebrij ꝛ vſi igne alieno ꝓhibito punitĩ
ſunt: vt colligit̃ Leui. x. a. nec illud periculũ moꝛtis cõminatũ
eſt ipſi aarõ ꝛ filijs eiꝰ reſiduis et eoꝝ ſucceſſoꝛibus ꝓ ſolo fe
ſto expiatiõis: ſꝫ i oĩ miniſterio qð coꝛã dño facere debuerũt.
ideo dr̃ ꝯñr vbi ſupra hoc ẽ ꝙ locutus ẽ dñs: Sctificaboꝛ in
iis qui appropinquant mihi. i. qui in tabernaculo faciũt ali/
qð officiũ

A qđ officiū ſacerdotale. ad obiurgādū autē vitia punitoꝝ ſ̄bdiē ꝯtr: Vinū ⁊ oē qđ inebriare pōt nō bibetis tu ⁊ filij tui qñ intrabitis tabernaculū teſtimonij: ne forte moriamini: ſ̄b intelligitē ſic filij tui puniti ſūt ob ebrietatē ⁊ ignē alienū. Jđ ſequit: Ut habeatis ſciaꝫ diſcernēdi inē ſctm ⁊ pphanū. ſ. ignē offerēdū. Cōſtat igiē illū ingreſſum tabnaculi nō ſolū fieri ī die expiationis: nec ſciaꝫ diſcernēdi eſſe neceſſariā ſolū die illo. ptꝫ igiē ꝙ ea q̄ Bur. ꝓ ſua opiniōe adducit ex plana lr̄a nō habentē: ſꝫ potius oppoſitū. Et ꝙ diē Bur. plēs ſil fuiſſe ſūmos ſacerdotes non habeē ex lr̄a p cū allegata: ſꝫ potꝰ oppoſitū: nec valet qđ allegat ex euāgelio plēs fuiſſe ſūmos ſacerdotes: qꝛ ꝑut dictū eſt h ꝓceſſit ex auaricia romāoꝝ ⁊ iudeoꝝ ābitiōe q̄ emerūt ſūmū ſacerdotiū a romānis: ⁊ romani vt āplīꝰ recipent pluries ⁊ pluribus vēdiderūt: q̄ ꝯtus in çacharia nō putaē veriſilis.

¶ In ca. eo. vbi ꝯceptionis ꝟginis ponit exēplū ꝯceptio ſterilē nō viſq̄q̄ꝫ ſiſe vt inqt poſtil. Burg. āt diē ipm exemplū ſufficere ad ꝟginis iterrogationē: q̄ nō de facto: ſꝫ de mō fiēdi q̄ſiuit. h tñ nō videē verꝫ: qꝛ ꝟgo ꝑius de facto ⁊ de mō fuit ſufficiēter inſtructa qñ angelus dixit: Spūſſctūs ſuperueniet in te ⁊c. Exemplū igiē nō fuit poſitū ad docenduꝫ ꝟginē de aliq̄: nec ꝟgo ſumpſit exemplū illud ꝓ doctrina: ſꝫ ꝓ ſolatio: qꝛ alſ ſeq̄reē ꝙ ꝟgo viſitās heliſabet iuiſſet ad ꝓbandū exempli dati veritatē: qđ falſum eſt ⁊ ꝯ btm Ambro. ſup Lucā q̄ dicit virginem viſitaſſe nō quaſi incertā de nuncio: nec quaſi dubitantē de exemplo: ſꝫ quaſi letam ꝓ voto: religioſam ꝓ officio nec vt verbum angeli mulieris in atteſtatione ꝓbaret. C

¶ In eo. ca. vbi dr̄ de Johāne: Tu puer ꝓpheta altiſſi. ⁊c. Poſtillatoꝛ obijcit qꝛ Johannes dixit ſe nō eſſe ꝓphetā. i. ꝓcul ſantē ſicē antiq̄uus. qꝛ qđ dixit digito mōſtrauit. Uel aliē negauit ſe ꝓphetā tm̄: qꝛ fuit plus q̄ ꝓpheta. Burgē. autem aliter ſoluit dicens ꝙ negauit ſe illum ꝓphetam: de q̄ dr̄ Deute. xviij. qđ ad lr̄am de chriſto exponitur. Sꝫ videē ꝙ iuxta Burgeñ. ſolutionem nō ſatiſfeciſſet querentibus neq̄ queſtioni: qꝛ cum prius dixiſſet: Nō ſum ego chriſtus. de q̄ vt dicit Burgē. exponitur illud Deute. allegatum de h nō queſierūt amplius: ſꝫ cum audirent ꝙ nō eſſet chriſtus neq̄ helias: queſierūt quid ergo ſaltem ꝓpheta es tu: nō igitur queſierunt de ꝓpheta ꝓmiſſo in Deute. ꝑut Burg. vult.

F Actum eſt Ca. II a ¶ qbꝰ creſcebat iohānes. vel q̄bus maria in domū reuerſa ē poſt tres mēſes qbꝰ cū heliſabet manſit.

autē in diebus illis: a exijt edictū a ceſare auguſto vt b †deſcriberetur vniuerſus orbis. ¶ hec ꝓfeſſio. c Hec deſcriptio pma facta ē a pꝛe-d e ſide ſyrie cyrino. Et ibāt omnes f. a ¶ vt nullꝰ extra eccliaꝫ cēſum deo reddat. vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatē. Aſcēdit aūt ⁊ ioſeph a g ¶ dominico.

Glo. ordi.

G F Actum eſt aūt ⁊c. Ca. II a ¶ Exijt edictū a ce. au. Be. Auguſtus. xv. ānis circa natiuitatē xp̄i in pace regnauit: vt etiā ad lr̄aꝫ cōpletū videaē illud ꝓpheticū: Cōflabūt gladios ſuos in vo. ⁊c. Pacatiſſimo āt tpe voluit xp̄s naſci: qꝛ pacē magnopē q̄ſiuit ⁊ amauit: qꝛ pacis amatores ſp iuuit. Uoluit etiā vt diſcipuli q̄s ad p̄dicādū miſſurus erat: quocūq̄ vellēt ſecure trāſire poſſent: ⁊ ab imminētiū ſeditionū feruoꝛe tremēda romani nois vmbꝛa ꝓtegerenē. Naſcituro dño deſcribiē mūdus: qꝛ ille apparebat ī carne q̄ electos ſuos aſcriberet in eternitate: in q̄ nomē auguſti vere implēē q̄ ſuos augere ſufficiēs: cēſoribus ſue ꝓfeſſiōis nō pecunie: ſꝫ fidei oblatiōe ſignare p̄cepit: qꝛ dū ꝓfeſſio ſecularis obtendiē: ſpūalis impleē. Abolito autem cenſu ſynagoge vetuſto: nouus cenſus ecclie paraē q̄ tormenta non exigit ſꝫ aufert: q̄ non vno nūmiſmate: ſꝫ vna ſignaē fide. Quietiſſimū ⁊ pacatiſſimum erat regnum: qꝛ vna deſcriptione totum mundū ꝯcluſit. Propterea cenſus datus eſt vt ſciret rex numeꝝ hominū ⁊ magnitudinē. Hic primū iudea facta eſt ſtipēdiaria romanis. b ¶ Uniuerſus orbis. Beda. Ambro. Multe gētes erāt q̄bus nō impabat auguſtus: ſꝫ his verbis regnum chriſti exprimiē: q̄ oībus erat impaturus: q̄s eñ poſſet totius orbis ꝓfeſſionem exigere: niſi qui totius orbis habeat imperium. c ¶ Prima. Be. Jam diuerſis tempibus plereq̄ partes terraꝝ legunē deſcripte: ſꝫ hec eſt prima carū que totum orbem ꝯcluſerunt: que ꝓfeſſio eſt mentiū: qꝛ nullus excludiē. Uel certe tunc primū cepit qñ cyrinus a ceſare in ſyriā miſſus eſt: cēſoꝛ patrimonioꝝ futurus. d ¶ Syrie. Syria in qua iudea eſt media: ⁊ q̄ſi vmbilicus eſt totius terre. Cenſus ergo primū in medio terre exigiē: vt inde poſtea vſq̄ ad fines terre exigereē ⁊ reddereē. e ¶ Cyrino. Ambro. Hiſtorico more ſcribens vt ſeriē tempis deſignet: nomē p̄ſidis tanq̄ ꝯſulis: ſigni gratia huic libro aſcribit. Nā ſi cōſules aſcribunē tabulis emptiōis: q̄ntomagis redēptori oim debuit tp̄s aſcribi. Habemus h omia que in ꝯtibus eſſe ſolent. Uocabulū ſummā pꝛītē gerētis diem/locum/cauſam: teſtes etiā q̄ adhiberi ſolent. Hos quoq̄ natiuitati ſue ⁊ generationi chriſtus adhibuit: qui ſignarent euangelium dicens: Uos eritis mihi teſtes in hierſm. ¶ Be. Sicut impante auguſto: ⁊ preſidēte cyrino: ibant ſinguli in ſuam ciuitatē vt ꝓfiterenē cenſum: ſic mō impante chriſto: p doctores ecclie p̄ſides ꝓfiteri debemus cenſum iuſticie. Subeamus iugum qđ leue eſt: veniamus ad requieꝫ animaꝝ q̄ eſt patria noſtra. Et ſicut ceſari ſoluebaē denarius q̄ decem nūmos habebat: q̄ etiam noīe ceſaris intitulabaē: ſic offeramus regi noſtro decalogum legis: in q̄ vultum noſtri regis. i. cognitionem voluntatē eius inueniemus. quem denariū quaſi ſacculo incluſum portamus in via: cum in occulta conſcie meditatione ſeruamus. Proferemus autem cum regem in decoꝛe ſuo contuebimur: vel etiam ꝓferimus cum ea que in tenebris diſcimus in lumine dicimus: ⁊ quod in aure audimus p̄dicamus in tectis.

Eſa. 2. b (margin, beside "Cōflabūt gladios") — Act. 1. a (margin, beside "Uos eritis mihi teſtes") — margin letters: B, D

Nico. de lyra

F Actū eſt aūt. De Ca. II ſcđo ortu p̄curſoris: h ꝯſr deſcribiē ortꝰ ſaluatoris. Et p̄io deſcribiē ſaluatoris ortꝰ. ſcđo debitus ritꝰ / ibi: Et poſtq̄ ꝯſūmati ſūt. tertio pueri ꝓfectꝰ / ibi: Puer āt creſcebat. Circa ortū ſaluatoris p̄mo deſcribiē tp̄s. ſcđo locus / ibi: Et ibant oēs. tertio virginis partus / ibi: Factum eſt autem. quarto angeloꝝ cantus / ibi: Et paſtores erāt. Circa primum dr̄: b ¶ Exijt edictū a ceſare auguſto. Hic oſtendiē tempus natiuitatis chriſti: qui natus ē anno. xlij. auguſti ceſaris q̄ nominatus fuerat auguſtus ab augendo: quia notabiliter auxit imperiū romanū: ⁊ ꝓpter hoc in diebus ſuis alijs gētibus imperio romano ſubiectis fuit in orbe pax vniuerſal. Jđ mandauit: c ¶ Ut deſcribereē vniuerſus orbis. Ut per h ſciretur qualiter terre diuerſe eſſent populate: ⁊ q̄ta tributa ſingule poſſent reddere: vt ſic tributis indebitis nō grauarenē: ⁊ ſcireē per quē modum ſingule terre ſub imperio romano melius regerenē. Ex h etiaꝫ patet ꝙ chriſtus natus fuit tempe maxime pacis: ſicut fuerat h annunciatū a ꝓphis: Pſ. lxxi. b. Orieē in diebus eiꝰ iuſticia ⁊ abūdantia pacis. Item Eſa. ij. b. Nō leuabit gens contra gentem gladium. Et. ix. b. Uocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius: deus fortis: pater futuri ſeculi: princeps pacē. d ¶ Hec deſcriptio prima facta eſt. Dicitur autem prima q̄tum ad generales deſcriptiones orbis: qꝛ ante iſtam bene fuerunt alie deſcriptiones partiales ſicut patet. ij. Regū. xxiiij. ⁊ j. Paral. xxi. de numeratione populi ⁊ deſcriptione quā fecit ioab de mādato dauid. Dicitur etiam prima ſm alios q̄tum ad alias partes eiuſdem deſcriptionis: qꝛ ſyria eſt in medio terre habitabilis. ⁊ ideo ibi fuit inchoata iſta deſcriptio: vt inde denunciareē fieri in alijs prouincijs circulariter. e ¶ A preſide cyrino. Hunc eñ cyrinum ceſar auguſtus p̄fecerat ſyrie ad tp̄am regēdam. f ¶ Et ibant omnes vt ꝓfiterenē ſinguli in ciuitatem ſuam. Hic deſcribiē natiuitas ſaluatoris q̄tum ad locum: qꝛ iſta deſcriptio p̄cepta erat fieri in p̄ncipalibus ciuitatibus: ⁊ ibi conueniebant q̄ ibi habuerant originē: vt ſic deſcriptio fieret nō ſolum ſm numerum perſonarū: ſed etiam ſm determinationem genealogiarū: vt ſciretur numerus determinatus nobilium ⁊ ignobilium. ⁊ hoc eſt quod diciē: Et ibāt omnes vt ꝓfiterentur ſinguli in ciuitatem ſuam. ꝓfitebātur aūt dupl̄r ſe eſſe ſ̄biectos romāo impio. ſ. ſcđo: qꝛ eoꝝ noīa ſcribebanē de mādato imperatoris. ⁊ etiā facto: qꝛ ſoluebāt cēſuꝫ imperatori ꝓpter qđ in nūmiſmate cēſus erat imago īperatoris: vt hꝫ Mat. xxij. g ¶ Aſcēdit aūt ⁊ io. a gali. In q̄ manebat. ✠ In iudeam

aſo † vt cenſū ꝓfitereē vniuſus orbis terre (margin) — margin letter: D

Moraliter. a ¶ Factū eſt āt ⁊c. Sequiē: g ¶ Aſcēdit aūt ⁊ io. ⁊c. p mariā ecclia deſignaē. ⁊ p ioſeph ſponſum eiꝰ xp̄s ꝓpē qđ anulū hꝫ ſiē ſpōſus: ⁊ ſicut maria fecūdata fuit: nō tñ a ioſeph ſpōſo: ſꝫ a ſpūſancto: ſic ⁊ ecclia fecunditatē grē hꝫ a deo. Aſcendūt autem in bethleem ciuitatem ſuam. ſ. celeſtē. bethleē eñ domus panis interp̄taē: ⁊ in celeſti ciuitate panis viuus in ꝓpria ſpecie deguſtatur ⁊ ꝓfiteē omnium imperatori ſe ſeruire. Moraliē

a ¶ Nazareth. Bed. Quotidie dñs in nazareth cõcipit: in bethleē naſcit: cū aliq̄s flore verbi ſuſcepto ſe domū eterni panis operādo efficit. Quaſi in aluo virginali cõcipit in corde credentiū ꝑ fidē: generat ꝑ baptiſma. Quotidie dei genitrix eccl'ia ſuū cõmitata doctorē de tota mūdi in ciuitatē cõfeſſiõis ⁊ laudis aſcēdēs cēſū ſue deuotiõis regi eterno ꝑſoluit. Que quaſi alij deſpõſata: ſ3 ab alio fecundat: dū ꝓpoſito ſibi põtifici viſibiliter iūgit: ſ3 inuiſibili ſpūs virtute cumulat. Vñ ioſeph auctus interp̄tat: indicans ipo noīe ꝙ inſtantia loquētis magiſtri nihil valet niſi augmētū ſupni iuuaminis vt audiat acceperit. b ¶ Factū ē aūt. Alibi cõcipi: alibi naſci dñs voluit: vt inſidiantis herodis furorē facilius euaderet.

¶ Humilitas xp̄i cõmēdat: qꝛ nõ ſolū incarnari: ſ3 etiā illo tp̄e naſci voluit: q̄ mox nat' cēſui ceſaris ꝓpter nr̄am liberationē ſubderet. c ¶ Pānis cū inuol. Vilib' induit pānis: vt ſtolam īmortalitatis reciperem'. Man' ⁊ pedes ſtringunt: vt man' nr̄e ab bñ operādū ⁊ pedes in viā pacis dirigāt. Paruulus factus: vt nos ꝑfecti ſimus.

d ¶ Locus in diuer. Diuerſoriū eſt dom' inter duos muros duas ianuas habēs. Figurat ecclām inter paradiſum ⁊ mūdū. ¶ Bed. In diuerſorio: vt in via naſcit: q̄ ait: Ego ſum via qua ad patriā veritatis ⁊ vite veniam'.

e ¶ Et paſto. Be. Nato ſūmo paſtore: paſtores ab inſidijs noctis gētium greges more pecudū pri' viuētes vigilādo defendūt: ⁊ i aulā dei ꝯgregant. Quib' bñ vigilātib' angelus apparet: ⁊ eos claritas circūfulget: qꝛ illi ꝑ ceteris ſublimia videre merēt: q̄ fidelib' ſollicite p̄ſunt: ſup q̄s diuīa gratia largi' coruſcat. f ¶ Et ecce ange. Bed. Et cõcipiēdū: ⁊ cõceptū: ⁊ natū dñm celi ciues teſtāt: vt ⁊ mortales ſufficienē imbuant: ⁊ ſuū auctori ſeruitiū impēdāt. g ¶ Circūfulſit. Bed. i. ex oī pte illorū fulſit: radios ſui luminis aſpſit: qđ i tota veter' teſtamēti ſerie nõ inuenit. Cõſonat aūt q̄ ait: Nox p̄ceſſit dies autē appropī. Ergo abij. o. te. ⁊ in. ar. lu. h ¶ Hodie. Cū nox eſſet. non ait: hac nocte ſ3 hodie: qꝛ. ſ. gaudiū venerat nūciare. Vbi triſtia gerunt: noctis mētio ſolet fieri. vt Scādalū patiemini in me ¶ nocte iſta

[margin: alī marie — Diuerſoriū — Joh. 14. a — alī ꝑſepe — Ro. 13. d — a'ꝰ ānūcio — alī vobis]

a ¶ vbi cõcept' eſt xp̄s.
a galilea de ciuitate nāçareth i iu- a
a ¶ qui gerebat typū chriſti.
deam ciuitatem dāuid que vo-
¶ dom' panis: qꝛ ibi nat' ē q̄ ſuos reficit eterno pane. ¶ in p̄contū futuri.
catur bethleez: eo ꝙ eſſet de do- b
a ¶ vbi ꝓfiterēt iuſt' ⁊ virgo niſi vbi xp̄s naſcit. i. in pacato corde: ꝓpe eſt verbū in corde tuo ⁊ in ore tuo.
mo ⁊ familia dauid, vt ꝓfiterēt c
cum maria deſponſata ſibi vxo
b re p̄gnante. Factū eſt autē cum d
eſſent ibi, iplen ſūt dies † vt pare-
a ¶ nõ i domo parentū ſ3 in via naſcit: qꝛ ꝑ humanitatē quaſi in alieno naſcebat: nõ ſm poteſtatē ſed ſm naturā. b ¶ Bed. Nõ poſt quē alij: ſed ante quē nullus.
ret: et pēperit filiū ſuū primõge- e
c nitū: et pānis eū inuoluit ⁊ recli- f g
¶ ponit in p̄ſepio. i. corp' xp̄i ſup altare.
a ¶ B. vt ſctā aīalia carnis ſuē frumēto reficiat: q̄ panis ē āgeloꝝ. b ¶ Bed. Loco eget vt nos plures i celo habeam' mãſiões.
nauit eum in † preſepiō, quiā nõ b
c erat ei loc' in diuerſorio. Et pa- i
ſtores erāt in regione eadē vigi-
lātes ⁊ cuſtodiētes vigilias no-
a ¶ Ambro. Grex pplo: nox ſeculū: paſtores ſacerdotes: vel etiā angeli.
f ctis ſuper gregem ſuuz. Et ecce
angel' domini ſtetit iuxta illos: k
¶ vt nõ ſolū voce ſermonis: ſ3 etiā diuine lucis claritate oīs' veri luminis aſtruat.
g ⁊ claritas dei circūfulſit illos: ⁊ l
timuerūt timore magno. Et di- m
xit illis angelus: Nolite timere:
Ecce eñ † euāgelizo vobis gau- n
a ¶ Be. Fideliū de cūctis diuerſitatib' gētiū cõgregādo: eternū gaudiū nūciat.
dium magnum: quod erit õmni
h pplo: quia nat' ē nobis hodie o

Nico. de lyra

a ¶ In iudeā ciui. da. Iudeam hic accipit adiectiue: qꝛ bethleē eſt quedā ciuitas in regno iudee ⁊ vocat ciuitas dauid: qꝛ inde oriundus fuit: vt habet. i. Reg. xvi.
b ¶ Eo ꝙ eſſet de domo ⁊ familia da. vt p3 ꝑ genealogiā deſcriptā ca. ſe. et Mat. i. c ¶ Vt ꝓfiteret cu ma. ſibi ⁊c. ipſa eñ erat de eadē tribu cū ioſeph ⁊ ſucceſſerat in hereditate paterna: ideo iuit ad ꝓfitendū cū eo: licet eēt partui ꝓpinqua: hoc etiā diuina diſpēſatione factū eſt vt ſic chriſtus naſceret i bethleē ſicut erat p̄dictū Michee. v. a. Et tu bethleem ephrata paruulus es in milib' iuda: ex te mihi egredict q̄ ſit dñator in iſrl': ⁊ egreſſus ei' ab initio a dieb' eternitatis.
d ¶ Factū eſt autē cū aūt ⁊c. Hic cõſequenter deſcribit virginis part', cū dicit: e ¶ Et pepe. filiū ſuū pri. ⁊ dicit primogenit': nõ qꝛ poſt illū maria alios filios habuerit: vt dicit Heluid' hereticus: ſed qꝛ ante illū aliū nõ habuit. vnde ⁊ in lege fili' vnigenit' offerebat dñō ⁊ redimebat tanq̄ p̄mogenitus: qꝛ ab vno mēſe redimebat: vt habet Nu. iij. ⁊ tunc p̄mogenit' dicebat: dato ꝙ nullus ſequeret. f ¶ Et pannis cū iuol. ꝑ ſeipam. Ex hoc p3 falſitas q̄ ſcribit libro d̄ infantia ſaluatoris. ſ. ipam obſtetrices habuiſſe in partu q̄ non requirunt niſi ꝓpter afflictionē matris in partu q̄ nõ habuit locū in virgine: qꝛ peperit ſine dolore: immo cū maximo gaudio ⁊ delectatione: ⁊ iō ꝑ ſeipſam puerū natū recepit inuoluit ⁊ reclinauit. vt hic dicit: g ¶ Et recli. eū in p̄ſe. Ioſeph ei in illo itinere adduxerat ſecū aſinū ad portandū vxorē p̄gnantem: ⁊ bouē ad vēdēdū in bethleē vbi erat ꝯgregatio populi magna: vt de p̄cio ſolueret expenſas in via: ⁊ illis duob' animalib' fecit p̄ſepiū iuxta ſe: in q̄ beata v̄go reclinauit filium natū: ſm qđ fuerat p̄dictū Abacuk. iij. ſm trāſlationē Lxx. quā ſequit officiū eccl'iaſticū: Domine audiui auditū tuū ⁊ timui: ꝯſideraui opa tua ⁊ expaui in medio duum aīaliū. Fuit eñ ꝓphete admirationis pauor ꝙ in loco tam humili reclinaret ſaluator. vnđ ſubdit: h ¶ Quia nõ erat ei lo. in diuer. Eſt eñ diuerſoriū hoſpitalaria ad quā diuertūt venientes ab extra ad hoſpitandū: ciuitas aūt bethleē tunc erat plena populo q̄ venerat ad p̄dictā ꝓfeſſionē: ⁊ illi qui erāt potētiores occupauerāt loca maiora: ⁊ ideo licet ioſeph erat de nobili genere vt p̄dictū eſt: nõ tñ erat de diuitibus: ⁊ ideo ita paruū locū habuit ꝙ ſaluator natus in p̄ſepio reclinatus fuit: ad impletionē ꝓphetie p̄dicte: et ad dādū exemplū humilitatis ꝑfecte a qua ſaluator incepit a natiuitate: ⁊ eā cõtinuauit vſq3 ad mortē in q̄ humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq3 ad mortē: mortē aūt crucis. ſm qđ dicitur Phil. ij. i ¶ Et paſtores. Hic ꝯſr̄ deſcribit angeloꝝ cantus exultātiū in natiuitate ſaluatoris: vbi primo deſcribit natiuitatis hui' denūciatio. ſecūdo angeloꝝ exultatio, ibi: Et ſubito facta eſt cum angelo. tertio paſtorū deuotio, ibi: Et factū eſt. ¶ Circa primū p̄mittit quibus facta eſt dicta denūciatio cū dicit: Et paſtores erāt in regione eadē vigi. Erāt eñ ſimplices ⁊ abſq3 cautelis malicie: ⁊ occupati in officio ſanctorum patriarcharum: qui dicunt fuiſſe paſtores Gen. xlvi. talibus autem ſolent fieri diuine illuminationes ⁊ conſolationes: ⁊ nõ hominibus in ſapiētia huius mundi: que ſtulticia eſt apud deum occupatis ſm quod dicit ſaluator Math. xi. d. Cõfitebor tibi pater domine celi ⁊ terre: quia abſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudētibus et reuelaſti ea paruulis ideo ſubdit: k ¶ Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos. paratus ad reuelandū eis diuina. l ¶ Et claritas dei circūfulſit eos. nõ tm̄ exterius in corpore: ſed etiā interius in mēte. m ¶ Et timue. ex inſolita viſione: ſed angelus eos cõſolat, dicēs: Nolite timere, cui' cauſa ſbdit cū dicit: n ¶ Ecce eñ euāgelizo vobis gaudiū magnū ⁊c. non ſolum iudeorum ſed etiam gentiliū. o ¶ Quia natus eſt nobis ho. ſaluā. ⁊ dicit hodie: qꝛ q̄uis eſſet nox erat tñ pars diei naturalis: vel aliter ⁊ meli' vt videt: qꝛ nox illa ex claritate diuina p̄dicta fuit ita illuminata ac ſi eſſet dies clariſſima: ſm qđ fuerat p̄dictū Ps. cxxxviij. b. Et nox ſicut dies illuminabit.

[margin: Diuerſoriū — Moralit]

Quī eſt
e ¶ Et peperit filiū ſuū ⁊c. Eccleſia vero filium parit in qualibet bona perſona: qñ bonū prius conceptū pducit ad effectū: ⁊ pānis inuoluit qñ ab hūanis laudib' ꝓ abſcõdit: et in p̄ſepio reclinat: qñ ex ope bono nõ eleuat ſ3 ſe mag' humiliat. i ¶ Et paſto. erāt in re. ea. ⁊c. hi ſunt boni p̄lati ⁊ curati q̄ vigilāt ſup ꝓpriā vitā ne delinquāt: ⁊ cuſtodiūt vigilias noctis ſup gregē ſuū ne luporū infernaliū moſib' pereāt: et iuxta illos ſtat angelus ad eoꝝ cuſtodiā: ⁊ claritas dei circumfulget illos ad ſuā ⁊ ſubditoꝝ directionē ⁊ timēt timore filiali. ꝓpter qđ eis dicit: o ¶ Natus eſt nobis ho. ſal. q̄ de mentibus deū ſpūaliter naſci ꝑ gratie ſue i fluxū: Malach. iiij. a. Orietur vobis timētib' nomē meū ſol iuſticie.

Et ſubito

A nocte iſta. a ¶ Infantē pānis inuo. Be. Crebris infan
tia ſaluatoris ⁊ āgelorum teſtionyſ: ⁊ euāgeliſtarū ē inculcata: vt
mētib⁹ nr̄is alti⁹ īfigat q̄d ꝓ nobis ſit fact⁹: in q̄ hūilitas no-
1.Co.8.d ſtra: q2 cū eſſet diues paup ꝓ nobis fact⁹ ē: vt inopia ſua nos di
taret. b ¶ Multitudo militie ce. ⁊c. Ambro. Bn̄ angelorum
noiat̄ exercit⁹ q̄ ſeq̄bant̄ militie ducē:
qui ꝯ malignos ſpūs ad tutelā nr̄am
angelorum ordiat exercit⁹. ¶ Be. Uno
euāgeliçāte mltitudo cōſonā in laudē
ꝓrūpit: vt ⁊ officiū ſuū deo īpendat ⁊
nos īſtruat: vt q̄tiēs ſacrā eruditionē
ex fratr̄ ore audimus: deo laudes cor-
de: ore ope reddamus. Quia vo deus
⁊ hō naſcit̄: hoībus pax cū ipſis āgelis
deo canit̄ glīa: q̄ ab āgelis ꝓ nr̄a redē
ptiōe glīficat̄. c ¶ Et in terra pax.
Qn̄ peccādo eram⁹ a deo extranei: ex-
traneos nos āgeli deputabāt. Sz q2
cognouimus regē nr̄m: recognouerūt
nos āgeli ciues ſuos. Et timet angel⁹
adorari ab hūana natura quā in ſuo re
ge ꝯſiderat. d ¶ Hoibus bo. vo.
Be. Qui ſuſcipiūt natū xp̄m: nō his q̄
audita ei⁹ natiuitate ſunt turbati ⁊ eū
Eſa.48.d ꝑſecuti. Nō eſt pax impijs: dicit dn̄s.
e ¶ Paſtores loq̄bant̄. Ambro.
Nō ſit vil̄ ꝑſona paſtorum: q2 q̄ vilior ad
prudentiā: eo p̄cioſior ad fidem. A pa
ſtorib⁹ fidē maria colligit. a paſtoribus
pp̄ls ad dei reuerentiā ꝯgregat̄. mira
ti ſunt eīm de his q̄ dicebant̄ a paſtori
Moraliter bus ad illos. f ¶ Trāſeam⁹. Mo-
ralit̄. Sic nos abiectis carnalib⁹ ꝯcu-
piſcētijs: cogitatiōe ⁊ deſiderio mētis
in ſupnā domū viui panis debemus
trāſire: illū amādo q̄ ꝓ nobis caro fa-
ctus eſt: vt ad ei⁹ viſionē ꝑueniamus.
g ¶ Et venerūt feſti. Be. Nō cum
B deſidia xp̄i q̄rēda ē p̄ñtia: ideo paſtores
ſine mora inueniūt: q2 nō ficta fide cur
rūt videre q̄ audierāt. Horum exēplū pa
ſtores eccl̄ie imo cuncti fideles imitari
debēt vt fide ⁊ v̄tute ꝑficiāt: ⁊ celeſti
oraculo erecti/p̄cedentiū patrū vitā in
q̄ panis vite ſp ⁊ ſeruat̄ ⁊ reficit: qua-
ſi bethleē portas ꝯtēplādo ſubeāt. Ibi
catholice eccl̄ie pulchritudinē q̄ſi ma-
riam: ⁊ doctorum cetum quaſi ioſeph: ⁊ humilem mediatoris
aduentum ſcripture paginis inſertum q̄ſi in p̄ſepio inueniēt.
¶ Uidētes

¶ homo ⁊ deus.
ſaluator: q̄ eſt chriſtus dominus a
a ¶ in bethleē: vbi dauid nat⁹. b ¶ ſignū
ſalut' fidelib⁹ hūilitas ſaluatoris q̄ ē oppoſi
ta ſupbie. p quā mors in mundū intrauit.
in ciuitate dauid. Et hōc vobis b
a ſignū: Inuenietis infantē pan- c
nis inuolutū et poſitum in p̄ſe
pio. †Et ſubito facta ē cū angelo d
¶ ne parua virtus āgeli videat̄ auctoritas.
¶ que chriſtum ducem ſequitur.
b mltitudo militię celeſtis/laudā- f
tium deū et dicentiū: Gloria in g
a ¶ Pax mltis diligētibus legē tuā ⁊ nō eſt
nō eſt illis ſcandalum.
g altiſſimis deo: ⁊ in terra pax ho- h
minib⁹ bonę volūtatis. Et factū i
eſt vt diſceſſerūt ab eis angeli in
¶ Credētes verbis angeli paſtores dāt te-
ſtimonium vero agno.
e cęlū: paſtores loquebant̄ ad in- †
f uicē: Trāſeamus vſq3 bethleē: k
¶ nō aſpiciant⁹ retro: nec ad dextram vel
ſiniſtrā: niſi ſolū xp̄m. ¶ Be. Qđ in p̄nci
pio apd̄ p̄rē factū ē caro: ⁊ ſic oñſuz ē nob̄
qđ in deitate nō poterat videri. ¶ Ambro.
Cū caro dñi videt̄ v̄bū videt̄ qđ eſt filius.
et videamus hoc verbum quod †
¶ caro. ¶ qđ dn̄s p̄r ⁊ fili⁹ ⁊ ſp̄s ſcs̄ fe-
cit. i. īcarnari ꝯſtituit: ⁊ ſic factum oſtendit.
factū eſt: quod fecit dominus et l
g oſtendit nobis. Et venerūt feſti- m
¶ miſtros natiuitatis.
nantes/et inuenerunt mariam et n

Nico.de lyra

✠ a ¶ Qui ē xp̄s dn̄s. Chriſt⁹ grece idē ē q̄ vnct⁹ latine.
Antiq̄t aūt in veteri lege vngebāt̄ tm̄ reges ⁊ pōtifices. Chri
ſtus aūt rex ē ⁊ pōtifex. ⁊ iō bn̄ dr̄ xp̄s. i. vnct⁹ nō vnctiōe hūa-
na ſz diuīa: q2 in hūanitate ꝓ nob̄ aſſūpta fuit vnct⁹ a deo pa
tre: imo a tota trinitate plenitudie grē: ſm q̄ dit̄ Ps̄. xliiij. b
Unxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo letitie p̄ ꝯſortib⁹ tuis. ꝓpt qđ dr̄ Jo-
hā. iij. q̄ dat⁹ ē ei ſpūs nō ad mēſurā. ſ. aliorum hoim: ſz ſm oēm
plenitudinē nō ſolū ſufficiētie: ſz etiā redūdātie i oēs alios q̄
tū ad ſufficiētiā: ſm qđ dr̄: Joh. i. b. Et de plenitudine ei⁹ oēs
nos accepim⁹. b ¶ Et h̄ vobis ſig. ⁊c. p h̄ eīm q̄ angel⁹ de
dit eis ſignū magne hūilitatis ⁊ paupertatis ſignificatū fuit paſto
rib⁹ q̄ nō venerat ad regnādū tp̄alit̄: vt ſcribe iudeorum crede-
bāt xp̄m venturum. Pōt aūt alit̄ dici q̄ illud fuit ꝓpriū ſignū ſalua
toris nati. Ad cui⁹ itellectū ꝯſiderādū q̄ illa q̄ fuerūt in vete-
ri teſtamēto fuerūt figure noui: vt dr̄. i. Cor. x. In veteri aūtē
teſtamēto duo ſaluatores iudeorum: impfecti tn̄ p̄ceſſerāt tāq̄ fi
gure ſaluatoris pfecti ieſu xp̄i. Prim⁹ fuit moyſes q̄ liberauit
eos de ſ̄uitute egyptiaca: vt h̄r̄ Exo. xiiij. c. Scd̄s fuit cyr⁹ q̄ li
berauit eos de captiuitate babylonica: vt h̄r̄. i. Eſdre. i. ⁊ vter
q3 de nouo nat⁹ fuit inuētus in magna paupertate: ſic p3 d̄ moy
ſe Exo. ij. quē inuenit filia pharaonis poſitū in flumie in fiſcel-
la iūcea. Sil̄r de cyro dr̄ in eccl̄iaſtica hiſtoria ſup Danielē q̄
aſtyages rex medorum ⁊ pſarum vidit in ſomnis vitē naſcētē d̄ vte
ro filie ſue totā aſiā occupātē: ⁊ a ꝯiectorib⁹ fuit ſibi r̄nſum q̄
viſio iſta ſignificabat ex ea puerum naſciturū q̄ occuparet regnum
medorum ⁊ pſarum: ꝓpt qđ timēs ne ip̄e vel fili⁹ ſu⁹ p h̄ regno pri-
uaret̄: dedit filiā ſuā militi pauperi: ⁊ cū h̄ etiā cū filia ſua fa-
cta fuiſſet

C cta fuiſſet p̄gnās fecit tp̄s partus ſui explorari ⁊ puerum natū ſibi
apportari: quē tradidit cuidā militi vt ſecreto īterficeret̄: q̄ com
patiēs puero ip̄m nō interfecit: ſz in q̄dā nemore puerum fortune
dimiſit: ad quē q̄dā canicula paſtoris regl̄ q̄ erat iuxta nem⁹ fre
quēter veniebat ⁊ ip̄m lactabat: ⁊ paſtor p̄dict⁹ volēs ſcire vbi
canicula declinabat: inuenit puerum ita in
paupertate iacētē: quē accepit ⁊ tradidit
vxori ſue nutriēdū. ⁊ poſtea fact⁹ eſt rex
pſarum atq3 medorum ad liberationē iudeo-
rū. Cū igit̄ figura ⁊ figuratū debeant
hr̄e corrn̄dentiā: ⁊ p̄dicti duo q̄ fuerūt
figure xp̄i in maxia paupertate inuēti fue
rūt in ſua natiuitate. ſignū ꝯueniēs et
corrn̄dēs figure dedit āgelus paſtorib⁹
de xp̄i nati inuētiōe. d. c ¶ Inuenie-
tis infantē pānis inuo. ⁊ poſitum
in p̄ſepio. Et credēdū ē q̄ paſtores h̄ †De eo.dis
intellexerūt illuminati a deo. d ¶ Et 1.c.nocte et
ſubito facta ē. Hic ꝯſr̄ ponit̄ āgelo c.de hym-
rū exultatio/cū dr̄: Et ſubito facta ē nis et.c.hi
cū āgelo: q̄ tanq̄ p̄ncipal' int̄ alios nū duo
ciauerat xp̄i natiuitatē. e ¶ Multitu
do militie celeſtis. i. angelorum q̄ noie
militie deſignant̄: q2 ꝓ ſalute hoim cū
demonib⁹ p̄liant̄: ſm qđ dr̄ Apoc. xij. b
Michael ⁊ āgeli ei⁹ p̄liabant̄ cū draco
ne ⁊c. f ¶ Laudātiū deū. de xp̄i na
tiuitate: eo q̄ p ip̄m ſciebant deduci ho
mines ad ſalutē quā deſiderant: ⁊ rui-
nā angelorum p h̄ reparandā. g ¶ Et di-
centiū: Glīa in altiſſimis deo. q2
licz ei⁹ glīa vbiq3 relucea: maxie tn̄ in ce-
lo empyreo vbi ē āgelorum ⁊ btōrum habita
tio. h ¶ Et in terra pax hominibus
bone volūtatis. i. hoibus bonis. p
bonitatē eīm volūtatis dr̄ hō ſimplr̄ bo D
nus magis q̄ p bonitatē aliarum potētia-
rum aie: q2 volūtas mouet alias poten
tias ad actus ſuos: ⁊ ideo bonitas eius
vel malicia in oēs alias potētias redū-
dat: ſicut influētia cauſe mouētis in mo
tis ab ip̄a. malis aūt hoibus nō ē pax:
ſm qđ dr̄ Eſa. xlviij. d. Nō eſt pax im-
pijs dicit dn̄s: Ex hoc etiā verbo ange-
li patet q̄ iſta pax que principaliter p ꝓ
phetas predicta fuit futura in aduentu
chriſti. erat pax interior bone volūtatis:
q2 ſm qđ dr̄ Prouer. xij. c. Nō ꝯtriſtabit iuſtū q̄cq̄d ei accide-
rit. pax aūt tp̄alis que fuit in aduētu chriſti pacatis oībus gēti-
bus ſub imperio romano fuit figura huius pacis principalit̄ in-
tente. i ¶ Et factū eſt. Hic ꝯſr̄ deſcribit̄ paſtorum deuotio: q2
ſtatim poſt viſionē iſtā dimiſſo grege iuerūt ad videndū puerū
natū. dicentes: k ¶ Trāſeamus vſq3 bethleē: ⁊ videa-
mus hoc verbū. i. puerum natū p verba angeli nobis ſignifica
tū. l ¶ Qđ fecit dn̄s. Hoc nō eſt de textu. greci eīm ⁊ antiq̄
nō hn̄t textū: ſz tm̄: qđ dn̄s oſtdit nobis. m ¶ Et venerūt fe.
ex deſiderio vidēdi xp̄m p̄ncipalit̄ ⁊ ſcdario vt citi⁹ redirent ad
gregē quē ſine cuſtodia dimiſerāt. n ¶ Et inue. ⁊c. ſic angel⁹
✠ eis dixerat.

✠ d ¶ Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo ⁊c. Moraliter
Beda. Uno angelo euangeliçante natum in carne deum: mox
multitudo militie celeſtis in laudē ꝓrumpit creatoris: vt ⁊ xp̄o
deuotionem impendant: ⁊ ſuo nos inſtruant exemplo quotiēs
aliquis fratrum ſacre eruditionis verbum inſonuerit. vel tp̄i q̄
pietatis ſunt ad mentem reduxerimus: deo ſtatim laudes/cor-
de/ore/⁊ ope reddamus. † ¶ Paſtores loquebant̄ ad in
uicem. Nam de reuelationibus angelicis loqui debent paſto
res eccl̄ie: que ꝯtinent̄ in ſacra ſcriptura. ꝓpter quod ſb̄ditur:
k ¶ Tranſeamus vſq3 bethleem. Que domus panis in-
terpretat̄: ideo per eam ſacra ſcriptura ſignificatur. nam in ea
dei verba que ſunt panes vite continentur: ⁊ ſic in bethleem
tranſire eſt ſacram ſcripturam diligenter ſtudere. † ¶ Et vi-
deamus hoc verbum qđ factū eſt ⁊c. Nam in ea videt̄
verbum caro factum. m ¶ Et venerunt feſtinantes. i. cum
deſiderio ſtudendi. n ¶ Et inuenerunt mariā ⁊ ioſeph.
Per mariam que interpretat̄ amarum mare: ſignificat̄ amari
tudo pnie: ⁊ per ioſeph qui interpretat̄ accreſcens: ſignificatur
augmētū v̄tutis ⁊ grē. ⁊ ad hec duo īducit ſtudiū ſacre ſcp̄ture.

 ✠ Et infantē po-

G a ¶ Uidētes aūt. Uiſio dei cognitio dei eſt: ⁊ hec eſt ſola
E vita hoim vt cognoſcāt verū patrē: ⁊ quē miſit ieſum xp̄m eē
Joh. 7. a vnū deū. b ¶ Mirati ſūt. Mirant̄ ⁊ d̄ myſterio incarna
tionis: ⁊ de tāta paſtoꝝ atteſtatione: q̄ fingere audita neſci
rent: ſz ſimplici facūdia vera ꝑdicarēt. Sic dn̄s nō retores: ſz
piſcatores ad euāgelizandū deſtinauit.
Sic ⁊ in veteri teſtamēto ſue diſpēſati
onis nūcios paſtores ordinauit. Ideo
Alr ꝑſepe nō eſt paruipendēda paſtoꝝ atteſtatio.
c ¶ Maria aūt. Amb. Maria n̄ mi
n⁹ ore pudica q̄ corpe ſecreta q̄ noue
rat nulli diuulgat: ſz tacito corde ſeru
tās cōgruū tp̄s q̄ hec de⁹ vulgari velit
reuerēt̄ expectat: cōferēs ea q̄ viderat
circa ſe acta: ⁊ q̄ legerat i ſcriptur̄ agē
S. 1. c da. Ei dictū erat ab angelo: Ecce ↄcipi
Eſa. 7. c es in vtero: ⁊ pa. fi. Predixit Eſa. Ecce
virgo cōcipiet ⁊ pa. fi. Uidebat ſe de
ſtirpe dauid ortā in nazareth de ſpūſan
cto ↄcepiſſe: in bethleē peperiſſe. Quo
rū oīum teſtimonia in diuerſis ꝑphetis
legerat. Cōpat q̄ verba ꝑphetaꝝ facti
⁊ in oībus habet argumenta fidei. Si
maria a paſtorib⁹ diſcit: debem⁹ a ſacer
dotib⁹ diſcere. Si maria ante apl̄i ꝑce
ptū tacet: debem⁹ poſt apl̄i ꝑceptū ma
gis doceri q̄ docere. d ¶ Et reuerſi.
Bed. Sic ſpūales paſtores mō dormi
entib⁹ aliis cōtēplādo celeſtia iubuebū
ſlo nō hz tur: mō caſtra fideliū luſtrāt: ⁊ ꝑbitati
† puer exēpla querēdo circūeūt: mō ad publi
cū paſtoralis officii redeūt docēdo: vt
qd̄ in priuato guſtauerūt: aliis ꝑdican
do eructēt. e ¶ Sicut dictū. Bc. Et
in h̄ glificāt: q̄ nō aliter inuenīūt q̄ di
ctū erat: vel ſicut dictū ē ad illos ab an
F gelis: referūt laudes ⁊ gloriā deo: non
q̄ angeli imperaſſent laudare: ſed ipſi
laudando offerebāt formā deuotiōis ſue dū dicūt: Gl̄a in al
Circūciſio tiſſimis deo: ⁊ i terra pax hoībus bone volūtat̄. f ¶ Ut cir
ab abraaz cūcideret̄. Bed. Ritus circūciſiōis ab abraā ſūpſit exordiū:
ſumpſit ex qn̄ ⁊ noīs amplificationē accepit: ad quā imitationē nomē im
ordiū ponebat̄ pueris in die coꝝ circūciſiōis: ſic etiā factū eſt ipſi ie
ſu. Octaua die circūcidit̄ ieſus: q: vtraq̄ noſtra innouatio et
in p̄nti ſpūs ꝑ baptiſmū: ⁊ in futuro carnis: ⁊ in ſua reſurre
ctione ē ꝑfigurata. ⁊ i nr̄a qn̄q̄ eſt ꝑficiēda. Chriſtus aūt die
octaua ſurrexit: ⁊ poſt ſex ſeculi hui⁹ etates: ⁊ ſeptimā ſabbati
q̄ nūc interim i alia vita gerit̄ quaſi octauo tp̄e reſurgemus:
J. 20. f tunc veriſſime ab omni corruptione circūciſi: vbi verū ꝑpuciū
auferet̄: q: ibi neq̄ nubent neq̄ nubent̄. ¶ Grego. Qui in
ſiſtudine carnis peccati venerat: remediū q̄ caro pcti mūdari
Nota ↄſueuerat nō reſpuit: ſicut baptiſma noue grē: nō neceſſitat̄:
ſed exēpli cā ſubiit. Et nota q̄ idē auxiliū curatiōis in lege cir
cūciſio ꝑſtitit: qd̄ nūc baptiſma ↄfert tp̄e grē: niſi q̄ introitus
i regnū nōdū patebat. Significat aūt hec circūciſio carnalis
illā circūciſionē in die iudicii: cū oībus aīe ⁊ carnis corruptio
nibus exuti: ad faciē creatoris videndā ingrediemur. Signi
ficat etiā p̄ſentē circūciſionē. i. ablutionē vitioꝝ ꝑ baptiſmū.
Significabat etiā illū d̄ abraā naſcituꝝ q̄ ⁊ in p̄ſenti ꝑ bapti
ſmū: ⁊ i futuro ꝑ reſurrectionē ab omni ſorde ſuos purgaret.
erat etiā in abraā ſignaculū iuſticie. ¶ Bed. Sicut a xp̄o chri
ſtiani: ſic ⁊ in vtraq̄ noſtra circūciſione a ieſu. i. a ſaluatore ſal
uati vocamur. Qd̄ nomē nō ſolū anteq̄ ↄcipiamur i vtero ec
cleſie ꝑ fidē: ſz etiā an̄ tp̄a ſecularia a deo nob̄ vocatū eſt.

¶ hominē natū. ¶ in carne.
ioſeph: ⁊ īfantem poſitū † in ꝑſe †
a ¶ carnē. ¶ recto ordine ꝑ cognitionē na tiuitatis venerūt ad cognitionē verbi.
a pio. Uidētes autē cognouerūt a
a ¶ quod erat in principio.
de verbo quod dictū erat illis
de puero hoc: ⁊ oēs q̄ audierūt b
b mirati ſūt: ⁊ de his q̄ dicta erāt c
c a paſtorib⁹ ad ipos. Maria aūt d
cōſeruabat omnia verba hec cō
d ferēs i corde ſuo. Et reuerſi ſūt e
paſtores glorificantes ⁊ laudā f
tes deū in omnibus que audie
¶ ab angelis. ¶ in bethleem.
e rant ⁊ viderant: ſicut dictum eſt
ad illos. Et poſtq̄ cōſummati g
f ſunt dies octo vt circūcideretur
† puer: vocatum eſt nomen ei⁹ ie b
a ¶ nō decuit tā glorioſum nomē primum ab hoīb⁹ appellari ſz excellentiori natura: ne hō videat̄ machinator hui⁹ noīs.
ſus. Quod vocatū eſt ab ange
lo priuſq̄ in vtero cōciperetur.

Nico. de lyra

¶ Tulerunt
* eis dixerat. a ¶ Uidētes aūt ⁊c. q: nō ſolū fuerūt illu
minati exterius ſz etiā interi⁹ de cognitiōe verbi incarnati vt
ꝑdictū eſt. b ¶ Et oēs q̄ au. mira. ſūt. ⁊ materia admira
tionis ſubdit̄ cū d̄r: c ¶ Et de his. ⁊ accipit̄ hic ⁊ ꝓ. i. de
his q̄ dicta erāt a paſtorib⁹ ad ipos: ſicut ſuperi⁹ ē expoſitum.
d ¶ Maria aūt cōſer. ⁊c. q: prudēter attēdebat quō ꝓphe
tie implebant̄ in puero nato: ⁊ iſta collatio erat ei valde dele
ctabilis ⁊ toti eccleſie valde vtilis: q: ſm qd̄ dicit Hiero. i ſer
mone de aſſumptione beate virginis. Ipſa poſt aſcenſionem
filii ſui remāſit ad tempus in terris cū apoſtolis vt eos pleni
us inſtrueret de verbo incarnato: d̄ quo erat plenius edocta
ꝑ ſpiritūſanctū: ⁊ omnia familiarius viderat ⁊ tractauerat: ꝓ
pter quod
pter quod melius exprimere poterat: ſm quod dicit Hiero G
nymus: Qd̄ melius nouim⁹ melius ⁊ ꝓferimus. e ¶ Et re
uerſi ſunt paſtores. redeūdo ad gregē ſuū. f ¶ Glorifi
cantes ⁊ lau. deū. de beneficio toti mūdo collato generalit̄
⁊ eis oſtenſo ſpecialiter / ideo ſubdit̄: In omnib⁹ q̄ audierāt
⁊ viderāt. g ¶ Et poſtq̄. Hic poni
tur debitus rit⁹ circa puerū natū: quia
ſm ritū veteris legis debebat circūci
di ⁊ in tēplo offerri: ⁊ iō primo agit̄ d̄
ei⁹ circūciſione. ſcdo de oblatiōe / ibi:
Et poſtq̄ impleti ſunt dies: Circa pri
mū d̄r. Et poſtq̄ ↄſūmati ſūt ⁊c.
hoc erat tēpus determinatū circūciſio
ni. put habet̄ Gen. xvii. b. Uoluit au
tē xp̄s circūcidi quis nō eſſet legi ſub
iectus. Primo vt oſtēderet in ſe veri
tatē carnis humane: ↄtra Manicheū
Error ma q̄ dixit ipm̄ deū habuiſſe corpus fanta
nichei ſticū: ⁊ cōtra Ualentinū dicentē xp̄m
Error vale corp⁹ de celo attuliſſe. Scdo vt appro
tini baret circūciſionē quā de⁹ olim inſtitu
erat. Tertio vt oſtēderet ſe eē de gene
re abrae: q̄ circūciſiōis mādatū accepit
Gen. xvii. b. Et facta eſt repromiſſio d̄
xp̄o. Quarto vt iudeis excuſationem
tolleret de nō recipiēdo eū ſi eſſet incir
cūciſus. Quinto vt obedientie virtu
tē nobis ſuo cōmēdaret exemplo: ꝑce
ptū legis obſeruās: cui tn̄ nō erat ſub
iectus. Sexto vt qui in ſimilitudinem
carnis pcti venerat: remediū quo caro
pcti ↄſueuerat mundari nō renueret.
Septimo vt leg̃ on⁹ in ſe ſuſtinēs ali
os a leg̃ onere liberaret: ſm illd̄ Gal.
iiii. a. Miſit de⁹ filiū ſuū factū ſub le
ge vt eos q̄ ſub lege erāt redimeret.
b ¶ Uocatū ē no. ei⁹ ie. nō dicit im
poſitū: q: a deo fuit impoſitum hoc no H
men: ſz ꝑ angelū denūciatū marie ⁊ ioſeph ⁊ ꝑ ipſos aliis di
uulgatū. Et q: aliquis infidelis potiſſime iude⁹: q̄ h̄ nomē nō
fuiſſet cōuenientē impoſitū poſſet arguere. Tū q: Eſa. lxii. a. di
cit: Uocabit̄ tibi nomē nouū qd̄ os dn̄i noiauit. Hoc aūt no
mē ieſus nō erat nouū tūc: q: an̄ alii fuerant noiati hoc noie:
vt patz de ieſu filio ioſedech: ⁊ de ieſu naue: ⁊ in genealogia
xp̄i q̄ deſcribit̄ ca. ſe. vbi idē habet̄. Itē q: Eſa. vii. c. d̄r. Uo
cabit̄ nomē ei⁹ emanuel. ⁊. viii. a. d̄r: Uoca nomē ei⁹: accele
ra: ſpolia detrahe ⁊c. ⁊. ix. b. Uocabit̄ nomen ei⁹ admirabilis:
cōſiliari⁹: de⁹ fortis ⁊c. q̄ noīa ſunt alia a noīe ieſu: ⁊ ſimilia
poſſunt induci de aliis locis ſcripture. iō dicēdū q̄ hoc nomē
fuit ꝓprie impoſitū ei. Nomina eñ ſi bene imponant̄ impo
ni debent a ꝓprietatibus rerū: ⁊ hoc patet de nominib⁹ ge
Phus nerū ⁊ ſpecierū: de quib⁹ dicit̄. iiii. Metaph. Rō quā ſigni
ficat nomē eſt diffinitio q̄ deſignat ꝓpriā rei naturā. Nomia
aūt ſinguloꝝ hoīm ſi bene imponāt̄ imponi debēt ab aliqua
ꝓprietate ei⁹ cui iponit̄ nomē aliqn̄ a tp̄e: ſicut noīa aliquoꝝ
ſctōꝝ iponūt̄ pueris nat̄ i feſtis coꝝ vel a cognatione: ſicut
cū filio iponit̄ nomē prīs vel alicui⁹ de cognatiōe ei⁹. Aliqn̄
ab euētu: ſicut moyſes vocauit filios ſuos: vt h̄r Exo. ii. Ali
qn̄ aūt ex aliq̄ qualitate ei⁹ cui nomē iponit̄. ſic Gen. xxv. b.
Primogenit⁹ iſaac vocat⁹ ē Eſau qd̄ interꝑtat̄ rube⁹ vel ru
fus: q: d̄ vtero mr̄is exiuit rufus ⁊ tot⁹ i morē pellis hiſpid⁹.
Aliqn̄ ex aliq̄ dono dei gratuito: ſic Mat. xvi. c. dictū ē Pe
tro: Tu es petr⁹ ⁊ ſup hāc pe. ⁊c. ⁊ Joh. i. f. Tu vocaberis ce
* phas: igit̄
* † ¶ Et infantē poſitū in ꝑſepio. quod eſt maximum Moraliter
mirabile. cum dicat Hiere. xxiii. c. Celum ⁊ terram ego im
pleo. b ¶ Et oēs qui audierūt ⁊c. Paſtores eñ eccleſie
⁊ doctores debent aliis cōmunicare que didicerunt ab ange
lis: id eſt per ſtudium ſacre ſcripture per ſanctos angelos re
uelate. e ¶ Et reuerſi ſunt paſtores ⁊c. nam doctores
eccleſie poſt aliorum doctrinam debent ad conſiderandū ꝓ
priā cōſcientiā reuerti ⁊ laudare bonitatē dei. g ¶ Et poſt
✠ ſcḋo peccatoꝝ ꝯuerſio ca.xv. Prima in duas: q: pmo ponit̃ informatio penitentiũ. ſcḋo cõfutatio impenitentiũ. ſe q̃nti ca. Circa primũ pmo ponit pnĩe motiuũ. ſcḋo penitendi modũ, ibi: Ait aũt illi quidã. Prima i duas. q: pmo deſcribit motiuũ penitẽtie. ſcḋo ex h ſequentẽ fructũ eccl̃ie, ibi: Dicebat ḡ. Prima in duas. q: circa motiuũ pnĩe. primo ponit̃ xp̃i inſtructio. ſcḋo inſtructionis cõfirmatio, ibi: Erat aũt docens. Circa primũ inducit xp̃s ad pniam. pmo ꝑ exẽpla. ſcḋo ꝑ rõnẽ ſumptã ex parabola, ibi: Dicebat autẽ. Circa primũ ſciendũ ꝙ motiuũ ad pniam frequẽter ꝯtingit ex morte repẽtina ⁊ horrida aliquoꝝ. de q̃ ponunt̃ hic duo exẽpla. Primũ eſt de galileis a pilato iterfectis: dũ actu eẽnt occupati i ſacrificijs. de quib⁹ eſt duplex opinio. Dicit eni Cyrillus ꝙ iſti fuerunt ſequaces iude galilei. de quo dicit̃ Act̃.v.f. ꝙ auertit pplm̃ in die profeſſionis: q: dũ iudei ꝓfiterẽt̃ ſe eſſe ſubditos romano impio: vt dictũ eſt. h. ij. ca. iſte iudas galileus dicebat ꝙ h erat eis illicitũ ſcʒ recognoſcere aliquẽ dñm p̃ter deũ q̃ eos eduxerat de egypto: ⁊ fecerat ſibi populũ peculiarẽ. ⁊ multi ꝯſenſerũt ei: intãtũ ꝙ poſtea ꝓhibebãt oblatiões fieri ꝓ ſalute imperij romani. de q̃ pilatus indignat⁹ repẽte cũ multitudine romanoꝝ venit ſup eos ſacrificãtes ſm ritũ ſuũ: ⁊ interfecit eos ita ꝙ ſanguis interfectoꝝ fuit mixtus cũ ſanguĩe ſacrificioꝝ. In ſcholaſtica vo hiſtoria dr̃ ꝙ fuit quidã mag⁹ de galilea q̃ dicebat ſe eſſe filiũ dei. ⁊ dũ multos ſeduxiſſet ⁊ ſecũ duxiſſet in mõtẽ garizim: ꝓmittẽs inde ſe aſcẽſurũ in celũ ⁊ dũ illi ſacrificarẽt ei ſicut filio dei: pilatus ſupueniẽs eos cũ armis iterfecit ne maior ſeductio fieret. ⁊ h ẽ qḋ dicit̃ hic Aderãt aũt quidã ⁊c̃. ꝓdictis duplici de cauſa. Una erat q: aliq̃ eoꝝ volebant notare xp̃m de ꝯſili ſeductione. Alia cauſa erat q: alij illã occiſionẽ ſubitã ⁊ horridã horribilib⁹ pctis ipoꝝ occiſoꝝ imputabãt. ⁊ ſm h dicit ſaluator: a ¶ Putatis ꝙ galilei ⁊c̃. q. d. nõ eſt argumẽtũ ſufficiẽs. vñ ſubdit̃: b ¶ Nõ: dico vo. nõ negat eos pctõres fuiſſe ⁊ ꝓpt̃ hoc periſſe: ſed aſſerit duo. ſ. ꝙ talis mors non eſt argumentũ ſufficiens ꝙ grauius peccaſſent oĩbus alijs: q: frequẽter dñs pctã min⁹ grauia in pñti vita punit ⁊ grauiora poſt vitã pſentẽ differt grauı⁹ puniẽda.

Quare pilat⁹ interfecerit galileos ſacrificãtes

D Aſſerit etiã ꝙ niſi de pctis ꝓprijs penituerint ſilr ꝑibunt. qḋ adimpletũ fuit ꝑ Titũ ⁊ veſpaſianũ in deſtructione ciuitatis hieruſalẽ ⁊ occiſione ppl̃i iudaici qui nõ penituerat de occiſione xp̃i ⁊ alijs pctis ſuis. Fideles eni qui tũc crediderũt chriſto añ aduentũ Titi ⁊ veſpaſiani ꝑ angelũ fuerũt admoniti vt recederẽt de iudea: ⁊ tũc trãſierũt ad regnum agrippe qui tunc erat cõfederatus romanis. Scḋm aũt exemplũ ponit̃ cum dr̃: c ¶ Sicut illi decẽ ⁊ octo ⁊c̃. Iſti erãt hieroſolymitani: ⁊ dũ edificarẽt quandã turrim in loco dicto ſubito cecidit ſuper eos ⁊ oppreſſit: quã ruinã aliq̃ imputabãt enormitati pctõꝝ ſuorum. de q̃ ſilem ſniam dicit xp̃s ſicut ⁊ de primo exemplo. d ¶ Dicebat aũt ⁊ ſilitu. Hic inducit ſaluator ad pniam rõne ſumpta ex ſilitudine arboris q̃ pſcindit̃ niſi faciat fructũ: ex h ꝯcludẽs ꝙ ſilr eẽnt pſcindẽdi de pñti vita ⁊ puniendi niſi facerent fructũ pnĩe ⁊ bonoꝝ operũ. ⁊ hoc eſt quod dicitur: e ¶ Arborem fici. i. gentẽ iudaicã. f ¶ Habebat q̃dã. Id eſt ipſe deus: cuius perfectio et ꝓprietas non põt a nobis exprimi aliquo determinato noie: ſm ꝙ dicit̃ ſexta ꝓpoſitione de cauſis. Cauſa prima ſuperior eſt omni narratione. ideo dicit̃ quidã indeterminate. g ¶ Plantatã in vinea ſua. Id eſt in iudea que ſpeciali modo dicebat̃ hereditas dei.

✠ Dixit autẽ ad

Moraliter ✱ hrum: ſicut dicit Grego. Homel. r. An non mẽbrũ diaboli pilatus. Per ſanguinẽ galileoꝝ pctm̃ ſimpliciũ. per ſacrificia opa de genere bona ſignificant̃. Igit̃ diabolus miſcet ſanguinem ſimpliciũ in ſuis ſacrificijs: cum eoꝝ opa de genere bona fedat peccatis adiunctis. Per turrem cadentẽ ſuper decem ⁊ octo iudeos ſignificata fuit futura eorum deſtructio ꝑ Romanos. e ¶ Arborem fici habuit quidã plantatam ⁊c̃. ꝑ arborẽ fici ſignificat̃ quelibet ꝑſona in eccl̃ia dei plãtata vt fructificet ibi. ꝑ tres annos in quib⁹ nõ facit fructũ: ſignificant̃ iuuẽt⁹: etas media ⁊ ſenect⁹. ꝓpt̃ qḋ meruit ſuccidi ꝑ mortẽ de vita pñti. ꝑ cultorẽ aũt angl̃s cuſtos hui⁹ hoĩs ſignificat̃ q̃ rogat vt adhuc vno anno. i. in ſenio viuere dimittat̃ vt ꝑ ei⁹ diligentiã circa talẽ hoĩeʒ fructificet: alit̃ ſuccidat̃, ⁊ i ignẽ mittat̃.

✱ Et ecce mu

a nõ iuenit. Dixit aũt ad cultorez a
b vinee: Ecce anni tres ſũt ex quo b
venio q̃rens fructum in ficulnea
a ¶ annũcia ꝙ ꝑdituri ſunt locũ ⁊ gentẽ. ꝓ quo ſeruãdo xp̃m occiderũt ⁊ ſuos.
hac: ⁊ ñ iuenio: Sũccide ḡ illã: c
¶ cur etiã tẽporali copia vtitur.
c vt quid etiã t'rã occupat: At il
le r̃ndẽs dixit ei: Dñe dimitte il d
d laz ⁊ hoc ãno vſq3dũ fodiã circa e
f illã ⁊ mittã ſtercora. Et ſiquidez f
fecerit fructũ: ſinautẽ in futurum h
g ſuccides eã. Erat aũt docẽs i ſy i
nagoga eoꝝ ſabbati. Et ecce mu k
¶ amorẽ terrenoꝝ.
lier q̃ habebat ſp̃m infirmitatis
a ¶ a rectitudine mẽtis.
k ãnis decẽ ⁊ octo. Et erat inclinã m n
a ¶ q: q̃ ſemꝑ videt qđ ſp cogitat ⁊ vbi diu ſpõte ꝑſiſtit ibi etiã cũ voluerit cadit coact⁹
ta, nec oĩno poterat ſurſuz rẽſpi
a ¶ predeſtinando per gratiam. b ¶ illu-ſtrando per doctrinam.
l cere. Q̃uã cũ vidiſſz ieſus, võca
uit ad ſe, ⁊ ait illi: Mlier, dimiſſa
a ¶ ſpũalibus donis adiuuãdo.
es ab ĩfirmitate tua. Et impõſuit
a ¶ ad glorificandum deum vſq; in finez ꝑ ſeuerando in bonis operibus.
illi manus: ⁊ cõfeſtim ẽrecta eſt: o
⁊ glorificabat deũ. Reſpõdens p
a ¶ vt emulator l'r'e legis.
aũt archiſynagogus indignans
m quia ſabbato curaſſet ieſus, dice
bat turbe: Sex dies ſunt in qui q
bus oportet opari: In his ergo
venite ⁊ curamini: ⁊ nõ i die ſab
bati. Reſpondens autẽ domin⁹
n ad illum dixit: Hypocrite: vnuſ

E ſ crebris docet: fructũ fidei querit ſed in phariſeis non reperit. a ¶ Dixit aũt ad cul. Cultor vinee: doctores ſũt ⁊ apl'i quoꝝ precib⁹ ⁊ monitis aſſidua plebi dei cura ſuggerit: qb⁹ dñs ſepe de infructuoſa gente iudeoꝝ cõquerit ꝙ ꝑ tres ãnos ſue viſitatiõis. i. in le galibus edictis ꝓpheticis ꝯteſtationib⁹: euãgelii grãs negligẽs extiterit. b ¶ Ecce anni tres. Nullus i ſynagoga ꝑ tres annos fruct⁹ eſſe potuit: q: neq; tp̃e circũciſionis purificari poterant: q̃ circũciſionẽ animi nõ q̃rebant: nec ꝑ legẽ ſanctificabant: q̃ carnalia in lege tñ ſequebant: neq; in grã iuſtificabant: qui de pctĩs penitere nolebãt. Cũ ḡ merito exſcindendi: qđ q̃dẽ factũ eſt ꝑ romanos: iubet illis q̃ in circũciſione laborabant: vt ſucciſionis cladez annũciando pniam ſuggerãt. Sed apl'i intelligẽtes etiam aliquos de pp'lo iudeoꝝ ſua vocatione poſſe ſaluari: orant vt differat vltio dñice crucis. c ¶ Ut q̃d etiã ⁊c.

Moraliter Põt ꝑ terrã ſterili ficu occupatã iudaica plebs ſignari: q̃ noxia ꝑpoſitoꝝ vmbra premit: ne lumẽ veritatis videat ⁊ exemplis eoꝝ ĩpedit: ne ſole dilectiõis caleſcat. vñ: Ue vobis. ſcri. ⁊. pha. q̃. c.

Mat. 23. b r. c. ante hoĩes. Terrã occupat qui locũ quẽ tenet bonis opibus non exercet: q̃ exẽplo prauitatis ĩpedimẽtũ preſtat ceteris. d ¶ Uſq;dũ. Donec radicẽ infructuoſe ment' humilẽ: ⁊ ꝓſcentiã preſſurarũ ⁊ eterne dãnationis incutiendo metũ: foſſa quippe in imo eſt: ⁊ increpatio dũ mentẽ ſibi demonſtrat humiliat. Nouit cultor terraz excolere qui nouit vitia dep̃hendere. Intellexit duriciã et ſupbiã iudeoꝝ cãm eſſe ſterilitat'. Pol licet itaq; dura corda apoſtolicis ligonibus eẽ fodiẽda: ⁊ ſupbiẽtia ad humilitatẽ reuocãda. e ¶ Mittã ſter. ⁊c. Id eſt maloꝝ q̃ fecit abominationez ad animũ reducã: ⁊ cõpunctiõis grãm cuz fructib⁹ boni operis quaſi de pinguedine ſtercoris excuſcitem. Pctã eñ carnis

E ſtercora dicuntur: q̃ immittuntur ad radicem arboris: quãdo prauitatis ꝯſciẽtia tangitur cogitatiõis memoria: ⁊ duz inde penitet: quaſi ꝑ tactuz ſtercoris redit ad fecũditatẽ operis. f ¶ Et ſiquidẽ. Cum pnie ordo exigeret vt apponeret reſeruabit vel aliq̃d tale: nihil tñ ſubiũxit: ſed ſuſpendit ſniam. Cũ vero adheret: ſinautẽ. ſ. nõ fecerit fructũ: continue iudiciũ venture dãnationis ãnexuit: q: ꝓcliuiores ad negandũ q̃ ad credẽduz videbat. g ¶ Erat autẽ. Hanc ſimilitudinẽ de ficulnea d' dñs docuiſſe in ſynagoga vt intimetur ad ip̃am ſynagogam ꝑtinuiſſe parabolam. Qz eñ fructũ querit i ficulnea nec iuenit: ſignificat ꝙ verbũ cõmodat ſynagoge nec illa recipit: quã tñ non ex toto extirpãdã: ſz reliquias per fidẽ ſaluãdas itelligẽs: mox ibidẽ primitiue eccl'ie ſanatio: ſub ſpecie incurue mulieris ſubſequit. Idẽ eñ ſignificat ficulnea reſeruat qđ a mulier erecta. h ¶ Sabbatis. Sabbatis docet: ⁊ curuã erigit: quia per verbũ predicationis a tp̃alibus ad eterna erectos ad quietẽ reſurrectiõis ꝑducit. i ¶ Ecce mulier. Hec mulier nõ niſi poſt decẽ ⁊ octo annos erigi potuit. q: humana natura hanc corruptionẽ deponere ⁊ ad induendã incorruptionẽ eterne beatitudinis erigi nõ poterit: niſi pri⁹ impleuerit legẽ: q̃ in decẽ p̃ceptis ꝯtinetur: ⁊ grãm in q̃ xp̃i reſurrectio facta eſt ⁊ noſtra expectatur. k ¶ Annis decẽ ⁊ octo. Senarius in q̃ mũdi creatura ꝑfecta ẽ operũ ꝑfectionẽ ſignat: q̃ ꝑ tres multiplicatos. xviii. reddit: ⁊ ſignat eos q̃ in trib⁹ tp̃ibus dñice viſitatiõis. ſ. ante legẽ ⁊ ſub lege ⁊ ſub grã: ꝑfectionẽ operum hñt. Hoc ḡ tp̃e iudea a ſue mentis rectitudine curuata fuit: que magis terrena q̃ celeſtia mouerat operat. l ¶ Uocauit. Quos aũt predeſtinauit:

Roñ. 8. f hos ⁊ vocauit: ⁊ quos vocauit: hos iuſtificauit. Quos aũt iuſtificauit: illos ⁊ magnificauit. m ¶ Quia ſabbato. De⁹

Geñ. 2. a ab operib⁹ mundi ſabbato requieuit. Uñ ⁊ moyſes ſabbato a ſeruili ⁊ no

ſeruili ⁊ noxia actione feriandũ p̃cepit. prefigurãs tp̃s quo noſtra ſecularia opera: nõ vero religioſa. i. laudãdi deũ ceſſabunt. In ſignũ huius rei etiã ſabbato dñs curat. Hoc aũt nõ intelligens archiſynagogus fallit ⁊ fallit. q: lex in ſabbato nõ homi nẽ curare ſed ſeruilia opera facere. i. pctĩs grauari prohibuit. n ¶ Hypocrite ⁊c. Merito hypocritas. i. ſimulatores vocat: q̃ cũ magiſtri plebiũ videri appetãt: ſanationẽ hoĩs nõ reuerent poſtponere cure pecoris. G ſ Nõ ſoluit bouẽ.

Nico. de lyra

✱ a ¶ Dixit aũt ad cultorem vinee. i. ad angelũ cuſtodẽ et prepoſituz illi genti q̃ tunc erat michael: vt habet Dañ. x. b ¶ Ecce anni tres ſunt. i. tria tp̃a. ſ. tp̃s legis: tp̃s ꝓphetarum: et tp̃s p̃dicationis xp̃i: in quib⁹ de⁹ q̃ſiuit fructũ bonoꝝ operũ a iudeis: ⁊ non inuenit niſi in paucis valde: q̃ quaſi nihil cõputant reſpectu tante multitudinis: vt ptz p̃dicta tp̃a ꝯſideranti. c ¶ Succide ḡ illã. In q̃ oſtenditur ꝙ meruerant occidi ⁊ de terra illa eiici: qđ factũ eſt poſtea ꝑ Titũ ⁊ Ueſpaſianũ q̃ multos de illis occiderũt et alios captiuos de terra eiecerũt. d ¶ Dñe dimitte illã. q: angeli ꝓ illis q̃s cuſtodiũt interpellãt diuinã clementiã. vnde ⁊ deſtructio ciuitatis ⁊ ppl'i dilata ẽ per. xl. annos poſt paſſionẽ xp̃i. e ¶ Uſq;duz fo. cir. il. immittendo eis terrorẽ diuinorũ iudicioꝝ. f ¶ Et mittã ſter. oſtendendo eis feditatẽ et abominationem pctõꝝ ſuoꝝ ꝑ q̃ ſolẽt hoĩes penitere de pctĩs ſuis. g ¶ Et ſiq̃dẽ fe. fru. q: i illis. xl. ãnis dicte dilationis multi de iudeis penituerũt: ⁊ ꝯuerſi ad fidẽ fructũ bonoꝝ operũ fecerũt vt ptz Act. ii. ⁊ in plurib⁹ aliis locis. h ¶ Sinaũt in fu. ſuc. eã. q: ĩpenitentes et in ſua ꝑfidia remanẽtes fuerũt occiſi ⁊ captiuati ꝑ Titũ ⁊ Ueſpaſianũ: vt p̃dictum eſt. i ¶ Erat aũt. Hic ꝯñr ponit doctrine xp̃i ꝯfirmatio ꝑ ſequẽs miraculũ vbi notat ꝑmo loc⁹ cum d': Erat au. do. i ſy. in loco cõi vbi cõueniebant iudei. ⁊ tp̃s cũ d': k ¶ Sabbatis. in q̃bus hoĩes debebãt intẽdere diuino cultui ⁊ ad audiẽdũ v'bũ dei. l ¶ Et ecce mu. q̃ ha. ſp̃m ifir. i. infirmitatẽ a ſpũ maligno inflictã vel cauſatã: qđ ptz ex h qđ. ĩ. ſubdit: Hanc aũt filiã abrae quã alligauit ſathanas. ſ. vinculo infirmitatis. m ¶ Annis. xviii. ex q̃ ptz infirmitat' diuturnitas. n ¶ Et erat ⁊c. In q̃ appet infirmitatis ḡuitas ⁊ dformitas. ⁊ iſta exp̃mũtur vt miraculũ ſequẽs maius ⁊ euidenti⁹ oſtendat. vnde ſubditur: o ¶ Et cõfeſtim erecta eſt. lz eñ ꝑ naturam poſſent aliq̃ infirmitates curari: nõ tñ in inſtãti. p ¶ Rñdens aũt archi. i. p̃nceps ſynagoge. ⁊ d' ab archos qđ eſt p̃nceps ⁊ ſynagoga. q ¶ Sex di. ſunt in q̃b⁹ opor. ope. h itelligit de operibus ſeruilibus: ſed operatio miraculorum que ordinatur ad gloriam dei ⁊ videntium deuotionem excitandam poterat fieri i die ſabbati: ⁊ cõuenienti⁹ illa die q̃ in aliis: eo ꝙ illa dies erat ordinata cultui diuino ⁊ deuotioni ppl'i: ⁊ h oſtendit xp̃s exẽplo ſẽſibili, cũ d': Hypocrite vnuſ. ve. ⁊c. ⁊ ptz l'ra. ✱ Et cum hec dice

Moraliter ✱ l ¶ Et ecce mulier que habebat ſpiritũ infirmitatis annis decem ⁊ octo ⁊c. per quã ſignificatur peccatrix ꝑſona q̃ longo tp̃e diabolo ꝓcurante ſic ad inordinatũ amorẽ terreſtriũ fuit incuruata: ꝙ ꝓpter longã conſuetudinẽ aſpicere nõ põt ſupna: ſz ieſus eã tãgit in ſabbato: qñ ꝯſilio p̃dicatoris vel ꝯfeſſoris ſalutẽ aĩarũ deſiderãt' q̃eſcit a pctõ: ⁊ ſic erigitur ſurſuz ꝑ celeſtiũ appetitũ. archiſynagog⁹ aũt indignãs de tali curatiõe: malũ curatũ ſignificat murmurantẽ de p̃dicatore vel ꝯfeſſore. ꝓpter qđ merito arguit de murmure tali: q: cura maior circa humanã naturam q̃ circa aĩalia bruta debet haberi.
✱ Cui ſimile

A Myſtice Eſa.1.a ¶ Nō ſoluit bouē. Myſtice. Bos q̄ cognouit poſſeſſorē ſuū: ⁊ aſin⁹ q̄ nouit p̄ſepe dn̄i ſui: iudaicū ⁊ gētilē p̄p̄lm ſignifi cant: q̄ vterq̄ peccati vinculis abſolutus: ſitim eſtūq̄ huius mū di ꝑ hauſtū dn̄ici fontis depoſuit. In his ḡ duob⁹ aīalib⁹ voca tionē duoꝝ p̄p̄loꝝ: aduerſantib⁹ iudeis prenunciat domin⁹.

b ¶ Hāc aūt ꝛc. Filia abrae q̄q̄ fi delis aīa: filia abrae eccl̄ia de vtroq̄ p̄p̄lo ad fidē collecta: q̄ t̄pe legis ⁊ do minice reſurrectiōis impleto. ꝑ ſepti formē grām ſp̄ūſſancti vincula longe captiuitatis erupit: et ſic idē eſt bouē vel aſinū a p̄ſepio ſolutos ad potum agi: qđ eſt filiā abrae a vinculo noxie inclinationis erigi. c ¶ Erubeſcāt oēs. Qui de dictis ſaluatoris erube ſcūt: ficulnee ſterili ſe ſiles oſtēdunt. Qui ḡ gaudēt de miraculis: ꝑtinent ad filiā abra. i. eccl̄iā. deū de ſua ere ctione glorificantē. d ¶ Aduerſa rij. Scribe ⁊ phariſei q̄ nec apte ve ritati ꝯtradicere p̄ſſt: nec ꝓpter inui diā credere volūt. e ¶ Oīs p̄p̄ls gau. Simplices: humiles verba ve ritatis ⁊ miracula amātes: ⁊ iſti ſūt fi gura gentiū: q̄ excecatis iudeis ꝯgre gāde ſūt ad fidē ꝑ humilitatē. Vn̄ et ſaluator fidē eoꝝ cōmendat ſub cōpa ratione grani ſinapis. f ¶ Dice bat ḡ. Q̄nquidē aderāt gaudētes ⁊ glorificātes: dicebat ad cōmēdationē ⁊ inſtructionē illoꝝ q̄ ꝑ humilitatē et fidei feruorē exaltādi ſunt in eccleſia. g ¶ Silē eſt gra. ꝛc. Granū ſina pis: res vilis ⁊ implex: ſ; ſi terif: vim ſuā fundit. Regnū ḡ celoꝝ. i. fides ꝑ quā venif ad regnū: cōparaf grano ſinapis: q̄ p̄mo humilis ⁊ q̄ſi abiecta et amari ſaporis: ꝓpť infirmitatē x̄p̄i ⁊ ſcandalū crucis: ſed trita aduerſis:

B grām ſue v̄tutis effūdit: ⁊ odore ſuo circūſtātes adiplet: dū glīam reſurre ctionis ⁊ aſcēſionis etiā poſt mortem p̄dicauit toto orbe terrarū. Vel corp⁹ x̄p̄i granum ſinapis: qđ accipiēs Io ſeph ī horto ſepeliuit: qđ poſtea in re ſurrectiōe ⁊ aſcēſione creuit. Expan dit ramos: p̄dicatores ꝑ totū mundū mittēs ī quoꝝ dictis ⁊ ꝯſolatiōib⁹ fi deles a fatigatiōe mūdi reſpirāt. Qđ acceptum: q̄ x̄p̄i dona q̄ ex diuinitate

Ps.67.d nob cū p̄re tribuit: ex hūanitate nobi ſcū accepit. Vn̄: Accepiſti dona in ho minib⁹. h ¶ Et creuit. Creuit ī to to mūdo: vel in aīo cuiuſq̄ fidelis: q̄ nemo repēte fit ꝑfectus. Creuit ḡ p̄di catio: q̄ mētib⁹ hoim quāte v̄tut' eēt innotuit. i ¶ In arbo. mag. Cre ſcit nō ſicut herbe q̄ cito areſcūt ⁊ cor ruunt: ſ; ſicut arbor q̄ lōga annoſita te ⁊ opima fertilitate gaudet. k ¶ Qđ acceptū ꝛc. Mulier ec cleſia: cui⁹ farina ſum⁹ q̄tūt timoris et ſpei exercitio q̄ſi mola ſupiore et inferiore ꝯterimur vt vn⁹ pa

Deu.6.a nis multi ſum⁹ in x̄p̄o. Abſcōdit ḡ eccl̄ia fermentū dilectionis in farine ſata tria: q̄ p̄cipit vt diligam⁹ deū toto corde: to. aīa: tota v̄tute. Vel farine ſata tria. vt ſp̄ūs: aīa ⁊ corp⁹ in vnū re dacta: nō diſcrepēt inter ſe. Vel tres aīe virtutes in vnū redi ganf: vt in rōne poſſideam⁹ prudentiā: in ira odiū vitioꝝ: ī cu piditate deſideriū virtutū. Vel eccl̄ia fidē hoīs farine ſata tria miſcet. i. credulitate p̄ris ⁊ filij ⁊. ſſ. Cūq̄ in vnū fuerit fermen tatū: nō nos ad triplicē deū: ſ; ad vni⁹ deitatis noticiā ꝑducit.

Satum l ¶ Sata tria ꝛc. Satū gen⁹ eſt mēſure iuxta morē paleſti ne: modiū ⁊ dimidiū capiēs. Poſſunt in trib⁹ ſatis illi dn̄ici ſe minis fructus intelligi: triceſim⁹ ſc; ſexageſim⁹ ⁊ cēteſimus. i. cōiugatoꝝ / cōtinentiū ⁊ virginū. Vel ſata tria: tria genera ho minū. Noe Daniel Iob. m ¶ Donec fermēta. ꝛc. Tādiu charitas recōdita debet creſcere: donec totā mentē in ſui ꝑfe ctionē cōmutet: vt nihil p̄ter deum diligat: et recolat ꝙ hic ac cipitur in alia vita perficitur. n ¶ Et ibat ꝛc. Vbiq̄ indif C ferenter predicabat: non perſonas diſcernens: ſed ſalutem cre dentibus querens. o ¶ Cōtendite ꝛc. Quaſi diceret: Ve re pauci: ⁊ illi cum magnis laboribus: quia niſi mentis inten tio ferueat: vnda mūdi nō vincif: ꝑ quā aīa ad ima ſp reuocaf. ⁂ Cū aūt

a q̄ſq̄ v̄ſm ſabbato non ſoluit bo uem ſuū aut aſinu; a p̄ſepio ⁊
b ducit adaquare: Hanc autē fili am abrae quam alligauit ſatha nas: ecce decē ⁊ octo ānis: ſi opor tuit ſolui a vinculo iſto die ſabba
c ti: Et cum hec diceret / erubeſce
d bāt oēs aduerſarij ei⁹ ⁊ oīs p̄p̄ls
e gaudebat ī vniuerſis q̄ glorioſe
f fiebāt ab eo. Dicebat ḡ: Cui ſi b
¶ fides ꝑ quā venif ad regnū.
mile eſt regnum dei: ⁊ cui ſimile
a ¶ ſ. ꝓ feruore fidei: vel q̄ venena dī ex pellere. i. oia dogmata prauitatis.
g eē eſtiabo illō: † Silē ē grāno ſi †
a ¶ acceptabile habēs. b ¶ de⁹ ī iuſto vł iu ſtus vir ī corde ſuo granū p̄dicatiōis fouet.
napis / qđ acceptū hōmo miſit ī
¶ vbi creſcūt germina virtutum.
h hortū ſuū ⁊ creuit: ⁊ factū ē in ar
i ¶ vbi folia cum fructu: ⁊ in cuius diuerſis ſententijs ſpirituales quieſcunt: qui pen nis virtutū in alta conſcendūt.
borez magnā: ⁊ volucres celi re
a ¶ vt pro varietate morboꝝ varia ſit me dicina.
quieuerūt in ramis ei⁹. Et iterū dixit: Cui ſilē eſtimabo regnum †
a ¶ charitas pro feruore vel ſctā doctrina / b ¶ a gratia dei vel ſapiētia dei.
k dei: † Silē eſt fermēto qđ acce
a ¶ ſctā mater eccleſia. b ¶ . i. cōmēdat ho minibus de tribus noe filijs originē ducē tibus q̄s eccleſia ad fidei vnitatē colligit.
l ptū mulier abſcōdit in farine ſa
m ta tria: donec fermētaref totum.
n † Et ibat per ciuitates ⁊ caſtella †
docēs / ⁊ iter faciēs in hieruſalē.
Ait aūt illi quidā: Dn̄e: ſi pau c
ci ſunt q̄ ſaluanf: Ipſe aūt dixit
¶ q̄ ille vn⁹ ꝓ oib⁹ q̄uerat. ¶ ad vitā.
o ad illos: † Cōtēdite intrare ꝑ an b
a ¶ labores ⁊ ieiunia: th̄ amātib⁹ iugū ſuā ue ē. b ¶ ſalutis ⁊ amore p̄mioꝝ ꝓuocati.
guſtā portā: q̄ multi dico vob: c

Nico. de ly.

⁂ a ¶ Et cū hec ꝛc. cōfuſi ſua rōnabi li rńſione cui nō poterāt ꝯdicere. Circa qđ ꝯſiderandū ꝙ x̄p̄s cōfundebat aduer ſarios ſuos aliq̄n exēplis: ſicut hic. aliq̄n miraculis: ſicut. ſ. v. c. Vt aūt ſciatis q̄ fili⁹ hoīs habet p̄tātē dimittēdi in terra pctā: ait paralytico: Tibi dico ſurge ꝛc. Aliq̄n ſcripturis: ſicut Matt. xxi. b. Nū q̄ legiſtis: q̄ ex ore infantiū ⁊ lactentiu; ꝑfeciſti laudē ꝛc. Aliq̄n rōnib⁹ certis. ſi cut Matth. xxv. c. Cui⁹ eſt imago hec ⁊ ſupſcriptio ꝛc. Aliq̄n teſtimonijs: vt Io hānis. v. c. Vos miſiſtis ad Iohēm ⁊ te ſtimoniū ꝑhibuit veritati ꝛc. b ¶ Di cebat ḡ. Poſtq̄ ſaluator poſuit penitē tie motiuū: hic ꝯſr oñdit ſequentē ex h̄ eccl̄ie fructū. Circa qđ ꝯſiderandū ꝙ licz penitentes ⁊ cōuerſi ad fidē catholicam p̄mo fuerīt pauci ⁊ abiecti tēporib⁹ ꝑſe cutionis tyrānoꝝ ⁊ hereticoꝝ: tamē dn̄s poſtea induxit aliq̄s penitētes ad fidē q̄ fuerunt magni hoīes ſcia ⁊ vita: ſicut fu it Ambroſius Auguſtinus ⁊ conſiles: ꝑ q̄s eccleſia fuit exaltata valde ꝓut hic cō tinef in duab⁹ parabolis q̄ expoſite ſunt Matth. xiij. c ¶ Ait aūt illi. Poſtq̄ ſaluator. ſ. poſuit p̄nie motiuū ⁊ ſequen tem fructū: hic ꝯſr oñdit penitēdi modū. Circa qđ ſciendū ꝙ in penitētib⁹ triplex eſt difficultas ad op̄a virtutū. Vna eſt ex corruptione nature ꝑ pctm̄ primoꝝ parē tū ex q̄ cauſata eſt ī humana natura pro nitas ad malū et difficultas ad bonum: ſm̄ ꝙ dicif Gen. viij. d. Senſus ⁊ cogi tatio humani cordis prona ſunt ad malū ab adoleſcētia ſua. Scđa eſt q̄ ex peccā tis ꝯteritis cauſatus eſt in ipſis peccāti bus quidā habitus vel ſaltem diſpoſitio inclinās ad pctā ſilia. Tertia eſt ex diffi cultate operis virtuoſi: q̄ virtus eſt circa bonū arduū ⁊ difficile: ⁊ ideo modus pe nitēdi ad hoc ꝙ ſit efficax debet cum ma gno conatu fieri: ⁊ hoc eſt quod dicitur: d ¶ Cōtendite intrare ꝑ angu. ꝛc. ⁊ ꝑ hoc etiā ſoluif q̄ſtio ꝓpoſita de pau citate ſaluādoꝝ: q̄ pauci reſpectiue inue niunf ita feruide penitētes ꝙ nō impe diantur ꝓpter dictas difficultates. ideo ſubditur: e ¶ Multi dico vobis q̄ rent intrare et non poterunt. ⁊ iſti ſunt tepidi p̄dictis difficultatib⁹ impedi ti: ⁊ q̄ nō ſp durat t̄p̄s penitēdi. iō ſeqf: ⁂ Cum aūt in

Quib⁹ modis x̄p̄s ſuos aduerſarios ꝯfuderit

† mat.23.b mar.4.c

Difficultas triplex penitentib⁹ ad op̄a virtutum

D

† mat.13.d

† mat.9.b

† mat.7.b

Moraliter ⁂ b ¶ Cui ſilē eſti. reg. dei. Silē eſt fer. ꝛc. l; fermentum in ſcriptura fre quētius accipiaf in malo. tn̄ h̄ accipif ī bono ⁊ ꝓpť v̄tutē alte rādi ſignificat v̄bū euāgelicū qđ ad fidē trāſmutauit magna; ptē mūdi: ⁊ adhuc ap̄lt⁹ trāſmutabit. vn̄ ī figura hui⁹ ī pēteco ſte q̄ celebrabaf a iudeis. ꝓpť bñficiū leg' date: q̄ fuit euāgeliū figura offerebāf duo panes de ſimila fermētata: vt hr̄ Leui. xxiij. b. h̄ aūt fermētū poſitū fuit ī ſatis trib⁹. i. ī trib⁹ mūdi ptib⁹ a t̄pe ap̄loꝝ: ⁊ amplius ponef donec fermentef totum. † ¶ Silē eſt gra. ſina. ꝛc. granū ſinapis minimū btm̄ Frā ciſcū ſignificat humilimū. ꝓpter qđ ſuos fratres voluit voca re minores. hoc aūt granū hō x̄p̄s poſuit in hortū ſuū. ſ. eccl̄ie militātis vbi creuit ꝑ vite meritū ⁊ ꝑ ſue religionis augmētū. ⁊ volucres requieſcūt ī ei⁹ ramis: q̄ multi magni ⁊ potētes acq̄ eſcunt filioꝝ ſuoꝝ cōſilijs ⁊ doctrinis. † ¶ Et ibat ꝑ ciui. ⁊ caſtel. ꝛc. ꝑ h̄ oñdit q̄liter p̄dicator euāgelij deb; eē diligēs in p̄dicatiōe v̄bi diuini. d ¶ Cōtendite ꝛc. nō eni pōt fie ri ſine conatu magno ꝙ homo terrenus fiat ciuis in celo.

⁂ Cū aūt in

E F a ¶ Cū aūt intra. pa. Paterfamilias xp̄s cū vbiq̄ ex diuinitate sit: illis iā intus esse dr̄: q̄s in celo p̄sens sua visione letificat: sed q̄si foris est his quos in hac peregrinatiōe certantes occultis adiuuat. Intrabit ḡ cū tota ecclesiam ad sui p̄templationē p̄ducet. Claudet ostiū: cū reprobis locū p̄nie tollet q̄ foris stans pulsabunt. i. a iustis segregati: misericordiam quā p̄tēpserūt frustra implorabunt. b ¶ Incipietis fo. sta. &c. Modo tp̄e misericordie cōtendite: q̄ tp̄e iudicij reprobis tollit̄ loc⁹ p̄nie: q̄ nūc aperitur cunctis pie querentibus. c ¶ Nescio vos &c. Non nouit lux tenebras. i. nō aspicit: q̄ si aspiceret: tenebre nō eēnt. d ¶ Mandūcauim⁹ co. te et bi. Non festiuitatū epulatio iuuat: quē fidei pietas nō cōmendat. Nō scīa scripturarū notum deo facit: quē operum iniq̄tas indignū ostēdit. Uel de iudeis simpliciter intelligēdū est: q̄ respuētes mysteria fidei: gratos se deo arbitrant̄: q̄ i tēplo victimis oblatis corā dn̄o epulant̄: et lectionē p̄phetarū auscultāt.

Mystice Uel mystice. Mā ducat corā dn̄o et bibit: q̄ v̄bi pabulū auide suscipit. Unū q̄si exponēdo subiū-

mat.7.d gitur: In plateis no. do. &c. Scri-

Ibi.8.b ptura in obscurioribus cib⁹ est: q̄ q̄si exponēdo frāgit̄: et manducādo glutit̄. Pot⁹ em̄ in apertioribus vbi ita absorbetur sicut inueni̊t. Et occulta ḡ et aperta se intellexisse testant̄: q̄ reprobante iudice q̄ manducauerūt cōquerūtur.

† mat.8.b e ¶ Ibi erit fle. et stri. den. Fletus de ardore. stridor dentiū de frigore solet excitari: q̄ ibi transibunt ab aq̄s niuiū ad calorē nimiū.

Ibi.20.b Uel stridor p̄dit indignantis affectū q̄ sero penitet: q̄d deliquit p̄tinacie. Uel stridebūt dentibus q̄ hic de edacitate gaudebant. Flebūt oculi q̄ hic p̄ p̄cupiscētias vagabantur.

Nota Et nota p̄ fletū q̄ est oculoꝝ et stridorē dentiū verā ipsoꝝ resurrectionē. f ¶ Et venient ab ori. &c. Multi pri⁹ feruētes postea torpēt. Multi pri⁹ frigidi: subito ardescūt. Multi in seculo despecti: in futuro sunt glorificandi. Alij apud hoīes gloriosi: in futuro sūt dānandi. Uel gentiles q̄ diu sine fide vixerant: ad fidē sunt vocādi: iudei excecandi. g ¶ Dicite vulpi illi. Uulpis anīal dolosum: in fouea ad insidias latēs: odore fetens: nunq̄ rectis itineribus incedens. Hec oīa hereticis (quoꝝ typū tenet herodes) p̄gruūt: q̄ xp̄m. i. humilitatē xp̄iane fidei in credētibus conant̄ extinguere. h ¶ Ecce eijcio demo. et sani. Quasi diceret. Nec herodes nec heretici quoꝝ ipse figura ē poterūt p̄turbare q̄d intēdo facere. Intendo autē eijcere demonia de cordib⁹ hoīm: vt relictis vanitatib⁹ i me credāt: et p̄ficere sanitates vt s̄m mea p̄cepta viuāt: postea p̄sumor in meo corpe: q̄d ē eccl̄ia quā in die resurrectiōis glorificatā ad p̄sortiū angeloꝝ perducā. Qū vero patiar: nō sub herode s̄ sb̄ pilato q̄ in iudea dn̄at̄ patiar. i ¶ Uerūtamē opor. m. Non poterit p̄turbare herodes q̄n ita agam et ita p̄sumar: s̄ nec mortē corpis mei poterit op̄ari: quā i hierl̄m oportet fieri: vbi nō ipse s̄ pilat⁹ dn̄at̄.

¶ Hodie et cras

a ¶ itineris asperitate perterriti.

a querūt intrare et nōn poterūt. Cū a autē intrauerit paterfamilias et clauserit ostiū et incipietis foris b stare et pulsare ostium, dicentes: Dn̄e aperi nobis. Et respōdens †

a ¶ apud vos fidei et dilectionis mee caracterem non approbo.

b dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Tūc incipietis dicere: Manducauimus corā te et bibimus: † et in plateis nr̄is docuisti. Et di- †

¶ quasi hoc nō sufficit.

cet vobis: Nescio vos vnde sitis. e † Discedite a me oēs operarij iniquitatis. † Ibi erit flet⁹ et stridor dētiū: f cū videritis abraā et isaac et iacob et g

a ¶ a quib⁹ successionē carnis non fidei trabitis. ¶ quiescentes.

omēs p̄phetas in regno dei: vos f aūt expelli foras. † Et venient ab h oriēte et occidente et aq̄lone et austro: et accūbēt i regno dei. † Et ec i

¶ vt iudeis.

ce sunt nouissimi qui erāt p̄mi: et

¶ vt latro.

sunt primi qui erāt nouissimi. In k ipsa die accesserūt quidā phariseorum, dicentes illi: Exi et vade l

a ¶ de galilea vbi dn̄atur herodes: et transi in locū vbi nō habet potestatem.

hinc: q̄ herodes vult te occidere. g Et ait illis: Ite et dicite vulpi illi: m

a ¶ vt hoīes sua pc̄ta et errores dānēt i q̄b⁹ vixerūt. b ¶ vt viuāt s̄m p̄cepta mea q̄ sūt

h Ecce eijcio demonia et sanitates n o

vera sanitas. a ¶ et sic preparatos in resurrectione meā glorificabo.

p̄ficio hodie et cras: et tertia die i consūmor. Uerūtamen oportet

Nico.de lyra

a ¶ Cū aūt in. p̄fa. iste paterfamilias est xp̄s q̄ p̄ passionē suā itrauit gl̄iaꝫ: vt h̄r. j. xxiiij. d. Oportuit xp̄m pati et ita intrare in gl̄iam suā. Ex quo etiā ostendit̄ q̄ alij nō habebūt ingressum facilē. b ¶ Et clauserit osti. in morte pc̄tōri claudit̄ ostiū p̄nie. c ¶ Incipietis fo. stare &c. in q̄ ondit̄ p̄nia post mortē s̄ infructuosa: s̄m q̄ dr̄ Sap̄. v. a. Dicētes intra se p̄niam agētes &c. d ¶ Tūc inci. di. h̄ potissime refert̄ ad iudeos inter quos xp̄s p̄uersatus fuit: et in plateis eoꝝ docuit.

in fletu duo sunt e ¶ Nescio vos vn̄ sitis: q̄ nesciet eos scīa approbatiōis s̄ reprobatiōis. f ¶ Ibi erit fle. In fletu em̄ duo sūt. s. tristicia animi ex q̄ p̄cedit fletus corpalis: et s̄m h̄ fletus erit in dānatis generalit̄ tā demonib⁹ q̄ hoīb⁹. Aliud ex p̄te corpis. s. resolutio lachrymaꝝ: turbatio cerebri et oculoꝝ: et q̄tū ad h̄ flet⁹ nō pōt eē i demonib⁹ neq̄ aiabus separatis: s̄ post resurrectionē in hoīb⁹ dānatis erit turbatio cerebri et oculoꝝ: nō tn̄ flux⁹ seu resolutio lachrymarū: q̄ cessante motu celi tūc cessabit oīs generatio et corruptio. Stridor aūt dentiū nō i portat aliquā corruptionē: et ideo poterit ibi eē. g ¶ Cū vide. Hoc p̄prie erit in extremo iudicio q̄n reprobi videbūt electos resurrexisse i corpib⁹ gloriosis et audient vocē iudicis eos vocantis ad regnū celeste: et p̄dēnantis reprobos ad penā gehēne: s̄m q̄ dr̄ Mat. xxv. d. Tūc etiā videbūt se expelli p̄ demones executores diuine iusticie. h ¶ Et venient ab orie. et oc. q̄ ab vniuersis mūdi ptib⁹ gētiles p̄uersi sūt ad fidē q̄ tūc recipient gl̄iam in aīa et corpe. i ¶ Et ecce sūt no. q̄ erāt p̄. s. iudei qui erāt p̄mi ad recipiēdū b̄nficia dei: erūt posteriores gētilib⁹ p̄pt̄ suā icredulitatē: et h̄ est q̄d dicit ap̄ls Ro. xi. c. Cecitas ex p̄te cōtingit in isrl̄: donec plenitudo gētiū intraret &c. k ¶ In ipsa die. Hec est ps incidētalis. aliq̄ em̄ phariseoꝝ non potētes doctrine xp̄i p̄dicere p̄ cautelā voluerūt terrere eū: et sic ei⁹ doctrinā īpedire dicētes: l ¶ Exi et va. hinc: q̄ he. vult te oc. De q̄ videt̄ q̄ tunc erat in terra herodi subiecta: verūtñ videt̄ q̄ isti dixerūt falsum ex h̄ q̄d habet̄. j. xxiij. b. Herodes āt viso iesu gauisus ē valde. erat aūt ex multo tp̄e cupiens videre eū &c. xp̄s tñ in sua respōsione ostēdit se talib⁹ non terreri nec a bonis opib⁹ īpediri di. m ¶ Dicite vulpi illi. i. herodi. Uulpes enim est aīal dolosū rapax tortuose incedēs et fetidū: sic p̄nceps malus qualis erat iste herodes est dolosus p̄ machinationes mali: rapax eris alieni: tortuose incedēs p̄ p̄uersitatē iudicij. fetid⁹ p̄ infamiā noīs sui. n ¶ Ecce eijcio de. et nō p̄nt mihi resistere: cū tñ sint maioris p̄tātis q̄ herodes. q. d. nō habeo timere eū. o ¶ Et sani. p̄fi. ho. et cras. q̄ xp̄s duob⁹ annis p̄dicauit ista b̄nficia p̄ferēdo: et in tertio āno sue predicationis passus est. vel: Hodie et cras. i. paucis diebus vsq̄ ad tp̄us passionis mee in hierusalē.

Moraliter ✱ a ¶ Cū aūt intra. p̄fa. et clau. ostiū &c. q̄d in morte cuiuslibet claudit̄ q̄ tp̄s suū merēdi finit̄. † ¶ Dn̄e aperi no. p̄ hoc nō significat̄ possibilitas intrandi sed volūtas: si possibile esset. † ¶ Nescio vos. scꝫ per approbationē. d ¶ Manducauim⁹ coram te. scꝫ cibū eucharistie. † ¶ Et bibimus potum. salutaris sapie. † ¶ Et in plateis no. docuisti. p̄ p̄dicatores et doctores ecclesie. et subdit̄: e ¶ Nescio vos vnde sitis. nā dicta bona vel alia nō p̄ficiūt defunctis sine gr̄a. g ¶ Cū vide. abraā. per quē significat̄ bon⁹ p̄latus: eo q̄ interp̄tat̄ pr̄ multarū gētiū. p̄ isaac q̄ interp̄tat̄ risus significat̄ deo seruiens in leticia et deuotione iocūdus. p̄ iacob q̄ supplantator interp̄tatur supplantans vitia p̄ virtutē designat̄. p̄ p̄phas boni doctores et predicatores intelligūtur. et oēs isti in regno dei recipientur. h ¶ Et venient ab oriente. &c. per quē significatur temp⁹ iuuentutis. per occidentē tp̄us senectutis. nam aliq̄ veniūt ad dei seruitiū in vtroq̄ tp̄e: et aliq̄n p̄tingit q̄ aliq̄ tarde venientes magis p̄ficiūt q̄ p̄mi, ideo subditur: i ¶ Et ecce sunt nouis. q̄ erāt p̄mi &c. Beda. Multi pri⁹ feruētes: postea torpent. et multi pri⁹ tepidi subito inardescūt. k ¶ In ipsa die acces. q̄dā pha. di. illi: exi. &c. s̄m sensū lrālē isti p̄ minas volebāt xp̄m expellere de iudea ne p̄dicaret in ea. sed xp̄s ostēdit se non timere nec a predicatione voluit cessare. p̄ hoc ostendens q̄ p̄dicator euangelij p̄ talibus minis nō debet predicationis officiū

A F a ❡ Hodie ⁊c̄. Prima dico eſt: p̄ dei grām abrenūciare va nitatib᷒: Scd̄a cōcordare veritati morib᷒ ⁊ vita. Tertia eſt vl/ tima glificatio. b ❡ Hieruſalē hie. que. Vbi ꝓphete me iz ſbi ego caput ꝓphetarū debeo immolari: ꝓ q̄ pctō iuſte ipā de ſtruet: cui deſtructioni eoꝝ ſicut pius p̄r cōdoleo. c ❡ Quo tiēs vo. cō. ⁊c̄. Ac ſi dicat. Ego vo/ lui et tu noluiſti: et q̄tūq̄ congregaui mea volūtate ſp̄ efficaci: te nolente fe ci: q᷑ ingrata ſp̄ fuiſti. d ❡ Filios tuos ⁊c̄. In h̄ q̄d dicit: Quotiēs vo lui ꝯgregare filios tuos ⁊c̄. oēs retro ꝓphās a ſe miſſos teſtat̄. e ❡ Quē/ admodū auis ⁊c̄. Pulchre q̄ hero dē de ſua nece tractantē vulpē voca/ uerat: ſe aui cōparat. quia fraudulēta vulpes ſemꝑ auibus inſidias tendit. f ❡ Domus vr̄a deſer. ⁊c̄. Tem plū vel ciuitas: q᷑ occiſo dn̄o: romani q̄ſi vacuū nidū diripiētes: tulerūt lo/ cū ⁊ gentē. g ❡ Nō videbit̄ me. Niſi pn̄iam egeritis ⁊ cōfeſſi fuerit̄ me filiū oīpotētis pr̄is in ſcd̄o adue/ tu faciē meā nō videbit̄. h ❡ Cū di cetis: bn̄di. Hoc quidē turbe dixe/ runt dn̄o veniēte hierlm. Sꝫ q᷑ Lu/ cas nō dicit dn̄m ad galileos poſtea reuerſum vt ab illis h̄ ei decantaret̄: cogit myſtice hoc de aduentu clarita/ tis intelligi.

Hydropic᷒ E T factū eſt ⁊c̄. Ca. XIIII hydropicus erat. Hydor aq̄: inde hydropis: morbus aquoſus ſubcutaneus: de vitio veſice natus cū inflatione turgēte ⁊ anheli/ tu fetido: ⁊ eſt ꝓpriū hydropici. quā/ to plus bibit tāto pl᷒ ſitit: ⁊ id̄ cōpara tur ei quē fluxus carnaliū voluptatū exuberās aggrauat: cōparaturq̄ di/ uiti auaro. k ❡ Si licet ſab. ⁊c̄. Sabbatis p̄cipue docet ⁊ operat̄ ie/ B ſus: nō ſolū ꝓpt̄ ſpūale ſabbatū: ſed ⁊ ꝓpt̄ ppl̄i celebriorē cōuentū: q̄rēs ſa lutē oīm. l ❡ At illi ta. ⁊c̄. Meri/ to tacēt q̄ ꝯ ſe dictū q̄cq̄d dixerat vi dēt. Si eni licꝫ: cur obſeruāt? Si nō licet: cur pecora curāt. m ❡ Ipe ve ro ap. Ideo an̄ phariſeos hydropi/ cū ſanat: ⁊ mox ꝯ auariciā diſputat: vt ipos auaricie arguat p̄ quā ſabba/ tū violāt ⁊ legē male interp̄tant̄. In ſabbato eni nō a bonis: ſꝫ a mal̄ opi/ Leui. 23. a bus feriandū eſt. vn̄ dr̄: Omē op᷒ ſer uile nō facietis in eo. i. pctm̄. ſic i et̄na reqe a malis tm̄ feriabit̄ n̄ a bonis. Vitiū. q̄d iſte in corpe: phariſei ge/ ſtabāt i mēte. ⁊ id̄ corā ipis curat̄ cor poraliter: vt h̄ exēplo diſcāt ſpūalib᷒ curari. n ❡ Cui᷒ vr̄m ⁊c̄. Cōpetē ti exēplo ſoluit q̄ſtionē: vt oñdat eos ſabbatū violare i ope cupiditat̄: q̄ eū violare arguūt in opere charitatis. o ❡ Bos in pu. Cōgrue aīali q̄d decidit i puteū hydropicū cōparat: q᷑ noxio humore p̄mat: ⁊ h̄ā bouē ⁊ aſi/ nū noiat: vt vel ſapiētes vel hebetes vel vtrūq̄ pplm̄ ſignat: ſcꝫ iudeū p̄eſ ſum iugo legis: ⁊ gentilē nulla rōne domitū: ſꝫ ſtolidū ⁊ brutū: q̄s omēs a puteo ꝯcupiſcētie dimerſos extrahit. Rom. 3. d Oēs eni peccauerūt ⁊ egēt gr̄a dei. p ❡ Dicebat aūt. Poſtq̄ conuice rat illos de auaricia ⁊ violatione ſab bati: incipit docere de euāgelica gratia illos q̄ aderāt idonei: inuitans illos ad humilitatē contra tumorem quem habebāt

❡ hec ambulatio ad lr̄am intelligit̄ qua ibat in hieruſalem.

a me hodie ⁊ cras ⁊ ſequēti die am
❡ abſolute. i. h̄ ꝯuenit: vl̄ nō caput herodes.
bulare: q᷑ nō caput ꝓphetā peri a
a ❡ holes nō ſaxa plāgit affectu patris.
b re extra hieruſalē† Hieruſalem/ b
a ❡ dn̄m ꝓphetarū nunciantes.
hieruſalē que occidis ꝓphetās
a ❡ duricia cordis a te repellis vl̄ corpalit̄ vt ſtephanū. b ❡ hacten᷒ ad te miſſi ſunt.
et lapidas eos q̄ miſſi ſūt ad te:
❡ i vnitate fidei. a ❡ p̄riarcharū heredes.
c d Quotiēs volui ꝯgregare filiōs
e tuos quēadmoduꝫ auis nidum
❡ in ꝓximo.
ſuum ſub pēnis/ ⁊ noluiſti: Ecce
f relinquetur vobis domus vr̄a
g deſerta. Dico aūt vobis: q᷑ non
a ❡ p᷒ paſſionē. b ❡ hora q̄ ꝯfiteamini filiū oīpotētis quem bn̄dictū. i. a pctō immunē: miſit pater ad glorificandū ſuum nomen.
h videbitis me donec veniāt cum
dicetis: bn̄dictus q̄ venit i noie
domini. Ca. XIIII
E T factū eſt cū intro c
iſſet† ieſus in domū
cuiuſdaꝫ principis
†phariſeoꝝ ſabbato manducare
a ❡ phariſei. b ❡ ſi ſabbatū ſolueret.
panē: et ipſi obſeruabāt eū. Et d e
i ecce hō quidā hydropicus erat f
❡ inſidioſis obſeruatoribus.
ante illū. Et reſpondēs ieſus di g
❡ a legiſperitis: legis iudicium querit.
xit ad legiſperitos et phariſeos/
❡ opa charitat̄ facere: vt ſi ſoluat ſabbatū.
k dicēs †Si licet ſabbato curare?
l m At illi tacuerūt. Ipe vero app/ h i
a ❡ abire corpaliter ſanatū: vt ſe transferret ad ſalutem animarum.
henſum ſanauit eum ac dimiſit.
n Et reſpōdēs ad illos/ dixit. †Cu k l
❡ oēs in hac auaricia ſimiles eſtis.
o ius veſtrū aſin᷒ aut bos in pute
a ❡ nō animali ſed ſue auaricie conſulēs.
um cadet: ⁊ nō ꝯtinuo extrahet
❡ nō intelligēs in hoc violationē ſabbati.
illū die ſabbati? Et nō poterant m
p ad hec r̄ndere illi. Dicebat aūt ⁊ n
a ❡ ab ipo principe. b ❡ aliud myſtice ſi/ gnificantē. c ❡ intelligēs quō illi de p̄mis accubitib᷒ laborarēt vnde reprimunt̄.
ad inuitatos parabolā/ itendēs o

Nico. de lyra

❡ in lege Amee in hierlm. a ❡ Quia nō capit pro. ⁊c̄. Quia con ueniēs fuit xp̄m pati i loco paſſionis ꝓphetarū q̄ eſt hierlm: vt patet ex decurſu veteris teſtamēti: vn̄ ⁊ de manaſſe rege iuda C dr̄. iiij. Regū. xxi. c. q̄ impleuit hierlm ſanguine ꝓphetarū vſ q̄ ad os: ⁊ id̄ conueniēs fuit xp̄m ibidē pati. Tū q᷑ eſt caput oīm ꝓphetarū. Tum q᷑ oēs ꝓphe de eo ſcripſerūt: ſm̄ q̄ dicit̄ Act. x. g. Huic oēs ꝓphete teſtimoniū p̄hibēt: ⁊ ꝓpt̄ dictā oc caſionē exprobrat cōſequēter ciuitati hie ruſalē. d. b ❡ Hieruſalē hie. ⁊c̄. patꝫ ſn̄ia ex dictis Matth. xxiij.

Moraliter ✱ tionis officium omittere. p̄ q̄d demo nes eiciunt̄ cū p̄ h̄ peccatores penitēt: ⁊ ſanitates p̄ficiunt̄: cū penitētes ad opa p̄fectiōis anhelāt. p ❡ Hierlm hieru. illud exponetur infra.

†mat. 23. d E T factū eſt. Po Ca. XIIII ſita informatione penitētiū. hic ꝯſēr ponit̄ ꝯfutatio ipenitentiū. dicunt̄ aūt ipenitētes ꝓprie q̄ ad verbū xp̄i nō cōterebant̄: ſꝫ potius indurabā/ tur in malis ſuis: ⁊ inſuꝑ xp̄o inſidiaban tur: q̄les erāt phariſei ⁊ legiſperiti. Pri mo q̄ ponit̄ iſtoꝝ ꝯfutatio. ſcd̄o ſimplici/ Diuiſio um informatio: ibi: Ibāt aūt turbe. Pri/ ma diuidit̄ in q̄tuor: q᷑ p̄mo ꝯfutat eos de ignorantia. ſcd̄o de ſuꝑbia. ibi: Dice/ bat aūt ⁊ ad iuitatos. tertio de cupidita/ te ibi: Dicebat aūt ⁊ ei. quarto de ingra titudine, ibi: At ipe dixit. Circa primum ſciendū q̄ inuidia excecat intellectū. ⁊ id̄ phariſei ⁊ legiſperiti ex īuidia ꝯ xp̄m ex/ cecati dicebāt eū legis trāſgreſſorē: eo q̄ curabat in ſabbato: q̄d tn̄ eſt falſuꝫ vt di/ ctū eſt ca. p̄ce. ⁊ h̄ iterū oñdit̄ ad maiorē ꝯfirmationē i curatiōe hydropici. cū dr̄: Et factū eſt ⁊c̄. Iſte inuitauit xp̄m/ vt patꝫ ex ſequētib᷒. ⁊ videt̄ q̄ h̄ fecit malici oſe ⁊ nō ex deuotione. vnde ſubditur: c d ❡ Et ipi obſer. ⁊c̄. attēdentes ſi in/ ter epulas aliquid diceret aut faceret vn de poſſent eū accuſare. e ❡ Et ecce hō quidā hydro. ⁊ dr̄ ab hydor q̄d eſt aq̄: q᷑ hydropicus habet aquā inter carnē ⁊ cutē. f ❡ Erat aū illū. Dicit Cyrill᷒ q̄ iſte nō petebat a chriſto ſanari timore phariſeoꝝ: ſꝫ ſolū ſe oñdebat vt chriſtus eum videns eius miſereret̄. g ❡ Et re ſpondens ieſus dixit ⁊c̄. non ad ver ba: q᷑ q̄ſtio ſibi nō ꝓponebat̄: ſꝫ ad cogi tationes phariſeoꝝ ⁊ legiſperitoꝝ q̄ı co gitabāt curationē in ſabbato eē illicitā. h ❡ At illi tacuerūt. quia ſi dixiſſent nō: timebāt ab eo rōne cōfutari. ſi aūt di/ xiſſent ſic: nō haberēt frontē ipm̄ de hoc accuſandi. i ❡ Ipſe vero apprehē/ ſum ſanauit eum ⁊c̄. quia per impoſi tionē manus ipſum curauit: ⁊ poſtea ma nū retraxit. k ❡ Et reſpondēs. cogi/ tationib᷒ eoꝝ quib᷒ cogitabāt illud factū illicitū. ll ❡ Dixit. oſtēdendo illud eſſe licitū ⁊ bonū p̄ exemplū aīalis bruti: cu/ ius periculo licitū erat ſuccurrere in ſab/ bato etiā ſm̄ ipos: ⁊ multo fort᷒ ſuccur/ rendū eſt homini ꝓpt̄ quē facta ſunt aīa/ lia bruta: ⁊ q̄ factus eſt ad imaginē dei. m ❡ Et nō poterāt ad hec reſpō. tanq̄ cōfuſi euidenti rōne. n ❡ Dice/ bat aūt. Hic cōfutat ꝯſr̄ eos de ſuꝑ bia ⁊ ambitione indebita honoꝝ. q̄d no tat̄ cū dr̄: o ❡ Intendēs quō ⁊c̄. Id eſt primas ſedes in ꝯuiuiis ſolēnibus.

✱ Cum inui/

Moraliter Moraliter. c ❡ Et factum eſt cū introiſſet ⁊c̄. Sequitur: e ❡ Et ecce homo quidā hydropicus ⁊c̄. Per hydropicum qui cum plus bibit plus ſitit: ſignificatur cupidus ⁊ auarus: q̄ cū plus acquirit ad acquirendū amplius inardeſcit. Iuuenalis. Cre/ Iuuenalis ſcit amor nummi q̄tum pecunia creſcit. Et iſte ſtat ante ieſum cum cōuertit̄ ad deū: parat᷒ acquiſita diſpēſare ad honorē di uinū. ⁊ ſic recuꝑat ſanitatē: q᷑ de cupiditate mutat̄ i libertatē.

✱ Cum inuitatus

alſ non hꝫ ieſus

alſ † ſacer/ dotum

D

† mat. 12. a mar. 3. a lu. 6. b

E G in lege phariſei: vel intendēs in doctrina ſua quō debeāt accubitus in ecclia eligere. a ¶ Cū inui. fue. Cū ꝑ grām fidei vocatus a ꝓdicatore: mēbris ecclie te iungere: nō te de meritꝭ gloriando: q̄ſi ceteris ſublimior extollas. b ¶ Ne forte ho. ⁊c. Honoratiori poſt īuitato locū dat: q̄ de ſue cōuerſatiōis ꝯfidētia ſecurior fact⁹: cita illoꝝ q̄ ſe in xp̄o ſecuti ſunt agilitate ꝑitur: ⁊ cū rubore nouiſſimū locū tenere ⁊c. cū ꝺ aliis meliora cognoſcēs: q̄cq̄d de ſua opatiōe altū

Ps.87.d ſenſerat hūiliat. dicēs cū ꝓpha: Exaltatus aūt hūiliat⁹ ſum ⁊ cōfuſus. c ¶ Et tūc ⁊c. Et tūc erubeſcēs qđ de te aliq̄ſi maiora preſumpſiſti incipies ad pn̄iam hūiliari: ⁊ te minoris cognoſcere meriti. Ne nūc incipias q̄rere qđ tibi ſeruatur ī fine: q: hereditas ad quā feſtinat in ꝓncipio: in nouiſſima bn̄dictiōe deficiet. d ¶ Tunc erit tibi glo co. ⁊c. Quotidie dn̄s dn̄i ꝯuiuas ſuos viſitat ⁊ dīiudicat: tanta ſpūs ſui hūilib⁹ dona ꝓſtat: vt eos cet⁹ fideliū cuȝ admiratiōe glificet: ſtupenſq̄ȝ in auctoris ſui laudē

Ps.138.c ꝯſiliat dicēs: Mihi aūt nimis honorati ſunt amici tui de⁹ ⁊c. e ¶ Dicebat aūt. Scđm ordinē lr̄e. Poſtq̄ȝ monuit īuitatos q̄liter debeāt accūbere: monet ⁊ īuitatorem q̄s debeat īuitare: ne tpalis expēſio bonoꝝ quā facit: cedat in vacuū: vl̄ forſitan augmētet pctm̄: ſȝ ita expendat temporalia: vt ꝑ hec pateat via ad eterna. f ¶ Ei qui. Pricipi phariſeorū loquit q̄ forſitan ſuꝑbire poterat: q: tot ad cōuiuiū q̄ſi ex miſcđia vocauerat vel ſicut ex ꝟbis dn̄i pōt cōcipi. iō potius inuitauerat vt ab illis iterū īuitaret: ⁊ ſic nulla ſpecialis retributio ſequeret.

Mat.23.b g ¶ Noli vo. Frēs amicos ⁊ diuites

Ia.18.c alterutrū cōuiuia celebrare: nō q̄ſi ſcel⁹ īterdicit: ſed oñdit non valere ad p̄mia vite. Sūt aūt ⁊ q̄dā taliū diuitū ꝯuiuia q̄ nō ſolū in pn̄ti retributiōes: ſed etiaȝ dānatiōnē ꝑcipiūt in futuro. vn̄ aplus: Nō in cōmeſſationib⁹ ⁊ ebrietatib⁹. i. in

Rom. 4.b luxurioſis cōuiuiis: q̄ aut collatiōe oīm celebrant: aut vicib⁹ cōtubernalib⁹ ſolent exhiberi: vbi nemīnē pudeat aliq̄d inhoneſtuȝ facere vel dicere. h ¶ Ne for. Q. d. Si intēdis īuitare vt inuitaris: ibi potes falli: ſȝ ſi diſtribueris pauꝑib⁹ de mercede nō falleris. i ¶ Voca pau. Qui pauꝑes vocat in futuro p̄miū percipiet: q̄ amicos ⁊ frēs ⁊ diuites vocat: recepit mercedeȝ ſuā. Sed ſi

Tob.4.b h ꝓpter deū facit: in exemplū filioꝝ iob: ſicut cetera fraterne dilectionis officia: ipſe qui iuſſit remunerat. Qui luxurioſos ꝓpter laſciuiā vocat: pena non carebit. k ¶ In reſur. Cū oēs reſurrecturi ſint: tn̄ ſingulariter ⁊ q̄ſi ꝓpria dr̄ reſurrectio iuſtoꝝ q̄ in ea ſunt immutandi. l ¶ Hec cū au. Illect⁹ dulcedine audite reſurrectiōis in laude ei⁹ prorūpit: ⁊ in ea vere beatos fore aſſerit: ⁊ ſi nō bn̄ itelligat qb⁹ meritꝭ ad illā beatitudineȝ poſſit attingi. m ¶ Btūs q̄ mā. Si q̄s māducauerit ex h pane: viuet ī eternū. Si q̄s incarnatiōis ſacro ꝯſcēte incorporat⁹: diuie maieſtatis viſione frui meruerit: hic eterna beatitudine gaudebit. Sed q: multi fide tenus quaſi orando percipiūt. dulcedinem vero eius veracit attingere faſtidiunt: torpor eorum redarguit. vnde ſequitur: ¶ Homo quidā

quomō primos accubitus elige a rent/ dicēs ad illos: Cū inuitat⁹

a ¶ nuptie xp̄i ⁊ ecclie cōiunctio.

fueris ad nuptias/ nōn diſcūbas

a ¶ quia pōt cōtingere. b ¶ gratioſior inuitatori: ⁊ ſi aliqs occultus.

b in p̄rio loco: nē forte honōratior

a ¶ ꝑ grām ſuā te ⁊ illū oſtendēs.

te ſit inuitatus ab eo: ēt veniens

¶ deus q̄ corda ſinguloꝝ nouit.

is q̄ te ⁊ illuȝ vocauit/ dicat tibi:

¶ intellige te minorē.

c Da huic locū: et tūc icipias cuȝ rubore nouiſſimū locum tenere.

a ¶ quāto maior es humilia te in oībus.

Sȝ cū vocat⁹ fueris/ vade rēcūbe

a ¶ ad iudiciū vel q̄ridie augendo hūilib⁹ grām quā aufert a ſuperbis.

in nouiſſimo loco: vt cū vēnerit

a ¶ ex humilitate te amicū recognoſcat: q̄ ex pſumptiōe poſtponebaris.

qui te iuitauit/ dicat tibi: Amicē

a ¶ ad mai⁹ p̄miū eterne glie vl̄ hic ad maiora dona ſanctiſpūs recipiendū.

d aſcēdē ſupius. Tūc erit tibi glo/

a ¶ i eadē hūitudie vl̄ i eadē fide q̄ſcētib⁹.

ria corā ſil' diſcūbētibus: †q: oīs b

a ¶ icante ꝺ meritꝭ alienat. b ¶ a do ⁊ ſi ñ co

q̄ ſe exāltat hūmiliabit: et qui ſe c d

rā hoīb⁹. a ¶ ꝓuide ꝺ bñficiis. b ¶ a deo.

e hūmiliat exāltabit. Dicebat aūt e f

f ⁊ ei q̄ ſe inuitauerat: Cū facis prā g

a ¶ q̄cūq̄ȝ hora diei. b ¶ veſpe. c ¶ carnali affectu: vel cognatione cōiunctos.

g diūȝ aut cēnāȝ/ noli vocare āmi

eos tuos neq̄ȝ frēs tuos: neq̄ȝ co h i

¶ ꝓpter h q̄ diuites.

gnatos/ neq̄ȝ vicinos/ neq̄ȝ diui k

h tes: ne forte ⁊ ipi te reinuitent: ⁊ m

¶ nō ait. ⁊ fiat tibi pctm̄: ſȝ fiat tibi retributio.

fiat tibi retributio. † Sȝ cū facis n

a ¶ a qb⁹ nihil i pn̄ti potes expectare.

i ꝯuiuiū voca paūꝑes/ dbiles/ cę o p q r s

cos ⁊ claudos/ ⁊ beat⁹ eris: q: nō

¶ vnde poſſunt. ¶ a deo. ſ.

hūt retribuere tibi: Retribuet ei t

¶ vl̄ retributiōe. a ¶ q̄ i reſurrectio ne erūt beatificandi pauꝑū ſuſceptores.

k tibi i reſurrectōe iuſtoꝝ. Hēc cū t

audiſſet q̄dā de ſimul diſcūbētibus/

m bus/ dixit illi: Beat⁹ q̄ manduca v

dignitates aūt ſe null⁹ debet ingerere: ſȝ alios meliores ſe preponere q̄ȝtū eſt in ſe: alioq̄n īuitator ꝓncipalis. ſ. de⁹ a q̄ ē oīs ptās deiiciet eū a ſua dignitate ſaltē ſpūaliter ſnia dānatiōis. Aliq̄ñ etiā deiicit tales pena tpalis depoſitiōis. ſi aūt hūiliter refugiēs ſicut faciebāt p̄res antiq: vt Greg. ⁊ Amb. ⁊ ꝯſiles: tādem ex obedientia ſuſceperit ⁊ ex charitate fraterna ea bn̄ vſus fuerit: tandē celeſtē gloriā obtinebit/ ideo ſubditur: Et erit tibi glo. ⁊c. Cui⁹ rō ſubdit cū dr̄: b ¶ Quia oīs q̄ ſe ex. pſumptuoſe ſe dignitatib⁹ īgerēdo. c ¶ Humiliabitur. mō ꝓdicto. d ¶ Et q̄ ſe hu. nō fallaciter ⁊ ficte: ſm q̄ dr̄ Eccl. xix. d. Eſt q̄ nequit ſe hūilia: ⁊ interiora ei⁹ plena ſūt dolo: ſȝ q̄ veracit ⁊ ex corde. e ¶ Exaltabitur. ſm q̄ ſcribit Prou. xix. d. Hūileȝ ſpū ſuſcipiet gloria. f ¶ Dicebat. Hic ꝯſiter arguit phariſeos de cupiditate: q: faciebāt cōuiuia nō moti pietate ſȝ magis cupiditate intēdētes ꝑ h cōſeq̄ aliquā vtilitatē ſeu honorē ꝑ adiutorium illoꝝ q̄s vocabant ad ꝯuiuia: ⁊ h ē qđ dr̄: Dicebat aūt ⁊ ei q̄ ſe iui. vt ꝓ refectiōe corporali repēderet ei ſpūalē. ſ. documētū pietatis. Sciēdū tn̄ q̄ licet dirigeret ꝟbū ad ipm̄: tn̄ ꝑ h alios aſſiſtētes q̄ erāt in h culpabiles arguebat. g ¶ Cū facis prā. aut ce. no. vo. ami. i. ꝓpter amicitiā ſecularē. h ¶ Neq̄ȝ fra. tuos. i. ꝓpter ꝯſanguinitatē. i ¶ Neq̄ȝ cognatos. i. ꝓpter affinitatē. k ¶ Neq̄ȝ vici. ꝓpter familiaritatē. l ¶ Neq̄ȝ diuites. i. ꝓpter aliquā vtilitatē conſequēdā/ iō ſbdit: m ¶ Ne forte ⁊ ipi

reinui. te. Iſta reinuitatio itelligitur cuiuſcūq̄ȝ boni tpalis recōpēſatio. Notandum tn̄ q̄ ſi vocent ꝓdicti ad conuiuia ꝓpter charitatē mutuā nutriēdā meritoriū eſt. ſi aūt ad laſciuiā aut gulā exercendā pctm̄ ē. ſi aūt ꝓpter liberalitatē quādā ſeu vrbanitatē indifferēs eſt: et pōt bn̄ fieri ⁊ male ꝓut ad finē vlteriorē ordinat q̄ pōt eē bonus vel malus. n ¶ Sed cū facis cō. mot⁹ pietate. o ¶ Voca paupes. carentes ſenſu. p ¶ Debiles. carentes conatu. q ¶ Claudos. carentes greſſu. r ¶ Cecos. ꝓuatos viſu. s ¶ Et beatus eris. q: de⁹ retribuet tibi. Pietas eñi ad oīa vtilis ē ꝓmiſſionē hñs vite que nūc ē ⁊ future. i. Timo. iiii. c. iō ſbdit: Retribuet eñi tibi in reſurrectione iuſtoꝝ. Sequit: t ¶ Hec cuȝ au. qui. xp̄m loquentē de reſurrectione: motus ꝟbo xp̄i ꝓrupit ī hec ꝟba: v ¶ Beatus q̄ mā. pa. in re. dei. Dicūt aliq̄ q̄ ꝑ panē iſte intelligebat beatitudinē verā q̄ ꝯſiſtit in viſiōe ⁊ fruitiōe deitatis xp̄i ꝓncipalit ⁊ hūanitatis ſecūdario: q̄ vocat ſe paneȝ vite Ioh. vi. Alii aūt dicūt q̄ iſte erat rudis ⁊ carnal' credēs q̄ reſurrectio futura eēt ad vitā cibis corpalib⁹ indigētē: ſicut credūt ſaraceni ⁊ iudei moderni. Et iſtud videtur veri⁹: q: ſtati xp̄s rñdēs ꝓpoſuit parabolam de his qui ꝓpter ſuā ineptitudinem excludendi ſunt a cōuiuio celeſti. ✳ At ipſe dixit ei:

Nico.de lyra

✳ a ¶ Cū iuitat⁹ fue. ad nup. nō di. in p̄mo loco. Per p̄mū locū nō ſoluȝ intelligit hic honorabilior ſeſſio in cōuiuiis ſolēnib⁹: ſȝ etiā q̄libet electio vel poſtulatio ſeu ꝓmotio ad aliquā dignitatē: ⁊ hoc ptȝ ex hoc qđ p̄mittitur: Dicebat aūt ⁊ ad

Parabole diffinitio iuitatos parabolam. Parabola eſt alteri⁹ rei ſignificatiua. ad dignitates

✳ a ¶ Cū iuitat⁹ fue. ⁊c. oēs catholici ſūt ad xp̄i ⁊ ecclie nuptias iuitati: ſed illi in p̄mo loco recūbūt q̄ dignitatib⁹ ecclie ſe ingerūt: q̄s ſpōſus ecclie xp̄us deiicit ab ecclia triūphāte: ⁊ aliq̄ñ etiā a militāte. hūiles ꝟo recūbūt i nouiſſimo loco vt ſponſus eos exaltet in celo. g ¶ Cum facis prandium aut cenam ⁊c. predicator verbi diuini facit conuiuiū ſpirituale: ſed ſi faciat hoc ꝓpter honoris vel lucri temporalis conſecutioneȝ: non habebit a deo mercedem. ſi vero faciat propter animaruȝ ſalutem: recipiet cum iuſtis vitam eternam. Moraliter

✳ Homo quidam fecit

filius dei ſū. q. d. irrōnabilit̄ loq̄mini: q: ſcriptura ſacra que ſolui nō pōt expſſe loq̄tur de diuinitate mea: vt pʒ ꝑ predicta. o ¶ Si nō fa. Hic ꝯñr excludit crimē blaſphemie ſibi īpoſitū ꝑ rōnē. Circa qd̓ ſciēdū q̄ oīa determināt̄ ꝓprio ope: vt hr̄. iiii. metheoroꝝ: iō ꝑ ꝓpriā opationē certificamur d̓ natura rei: xp̄s aūt faciebat opa diuinitatꝭ ꝓpria. ſ. miracula totā facultatē creature trāſcēdētia ⁊ etiā v̓tute ꝓpria: q: nō ſoluʒ faciebat illa obſecrādo diuinā potētiā: ſʒ etiam aliq̄n ipando: Ex q̄ ꝯcludit̄ q̄ in eo vere erat natura diuina: ⁊ ꝑ ꝯñs nō erat blaſphem⁹ dicēdo ſe eē deū vl̓ dei filiū. ⁊ h̄ ē qd̓ dr̄: Si nō fa. opa pr̄is mei ⁊c. iō ꝯcludit ex opibus: p ¶ Ut cogno. ⁊c. inq̄ntū ē vna natura amboꝝ: ſic ⁊ vna opatio. q ¶ Querebāt ḡ. Hic ꝯñr ponit̄ fuga xp̄i, ꝓpt̄ eoꝝ obſtinatā maliciā: q: nec v̓bis ei⁹ nec opib⁹ īducebāt̄ ad credēdū: ſʒ tāq̄ obſtinati q̄rebant eū apphendere ad occiendum. r ¶ Et exiuit de ma. eoꝝ. v̓tute diuina trāſiēs ꝑ ipſos: ſic. ſ. dictum fuit viii. ca. s ¶ Et abiit ite. ⁊c. ⁊ mãſit illic. ſ. ad tp̄s: vt ppl̓i venientes ad ipz recordarent̄ de teſtimonio iohis q̄ dixerat d̓ eo: Ecce agn⁹ dei: ⁊ de teſtimonio dei pr̄is: cui⁹ vox audita fuerat in baptiſmo xp̄i. Hic ē fili⁹ me⁹ dilect⁹: et ſic habita collatiōe prioꝝ ⁊ nouiſſimoꝝ ꝯfirmarent̄ ī fide ipſi⁹/ iō ſeq̄t̄: t ¶ Et mul. ve. ad eū. credētes. v ¶ Et dicebant. in argumentum ſue fidei. x ¶ Quia iohes q̄dē ſignū fecit nullū. Signa eñ reſeruabant̄ xp̄o ſicut in p̄ncipaliori: tñ ꝓpter ſctitatē vite credebāt iohāni. Et q: ī xp̄o videbant dictū ei⁹ ipleri. iō ſequit̄: Oīa aūt q̄cūq̄ di. io. d̓ h̄ vera erāt. Et ꝯcluditur fruct⁹ hui⁹ collationis/ cū dicitur: y ¶ Et multi cre. ī eū. Circa p̄dicta in hoc ca. q̄rit̄: Utruʒ licitū ſit paſtori eccl̓ie in ꝑſecutiōe fugere? Et arguitur p̄mo q̄ ſic: q: aliq̄ ſcti legūt̄ hoc feciſſe: ſicut Thomas cātuarienſis fugit de anglia tpe ꝑſecutionis ſue eccl̓ie: qd̓ non feciſſet niſi licitū fuiſſet. ḡ ⁊c. Itē ſaluator dixit apl̓is Mat. x.c. Si vos ꝑſecuti fuerint ī vna ciuitate fugite ī aliā: ⁊ ſic videt̄ q̄ fugere tpe ꝑſecutiōis nō ſolum ſit licitū: ſʒ etiā meritoriū: cū ſaluator diſcipulos ad hoc hortet̄. Cōtrariū arguit̄. ꝑ hoc qd̓ ī h̄ ca. dictū eſt. Mercēnarius ⁊ q̄ nō eſt paſtor videt lupuʒ venientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit: qd̓ exponēs Greg. dicit q̄ ille q̄ fugit tpe ꝑſecutiōis merito ꝑdit meritū paſtoris: qd̓ nō eēt veꝝ ſi fugere eſſet ſibi licitū. Reſpōſio: dicēdū q̄ noīe lupi venientꝭ ſuꝑ oues: aliq̄n intelligit̄ diabol⁹ ꝑ tētatiōes fideles infeſtās: aliq̄n heretic⁹ ꝑ falſam doctrinā corrūpens: aliq̄n tyrann⁹ violētia armoꝝ ꝑſequēs. Si p̄mo ⁊ ſcd̓o mō accipiat̄ lupus: nō ē licitū paſtori fugere: q: cū talib⁹ lupis nō ē reſiſtēdū corꝑalit̄: ſʒ magꝭ ſpūalit̄ ꝑ deuotā orōnē ⁊ ſanctā p̄dicationē ⁊ doctrinā: ⁊ iō ꝑ talia ē eis ſtatim viriliť reſiſtēdū. alit̄ eñ ſi daretur eis ingreſſus: nō reſiſtēdo: accideret mai⁹ periculuʒ: ꝓpt̄ qd̓ dic̄ btūs Iacob⁹. iiii.b. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vobis. Et h̄ idē poſſet dici de heretico: q: fugit illū q̄ ꝑ ſanā doctrinaz detegit ipſi⁹ falſitatē. ꝓpt̄ qd̓ Simō mag⁹ fugiebat petrū de ciuitate in ciuitatē: vt dr̄ in itinerario clementis. Si accipiat̄ lupus tertio mō: tūc eſt diſtinguēdū: q: aut ꝑſecutio ꝑſonalis eſt aut cōis. Si ꝑſonal̓: ita q̄ ē ꝯ paſtorē tm̄ ⁊ non ꝯ gregē ſibi cōmiſſū: tūc paſtori ē fugiēdū: nec tūc dimittit gregē ī ꝑſecutiōe: q: tūc ꝑſecutio nō ē ꝯ gregē: vt dictū ē: ⁊ h̄ mō Paul⁹ apl̓s fugit d̓ Damaſco: vt hr̄ Act. ix.b. Si aūt ſit ꝑſecutio cōis ꝯ gregē ⁊ paſtorē: adhuc diſtinguēdū ē: q: aut ē vn⁹ ſol⁹ paſtor: aut multi. Si vn⁹ tm̄ nō ē ſibi licitū fugere ⁊ gregē dimittere: q: h̄ eēt mercēnari⁹ ⁊ nō paſtor: ſm̄ q̄ dic̄ ſaluator. Si aūt ſūt multi

A paſtores quib⁹

G

H Utrū licitū ſit paſtori eccleſie ꝑſecutiōem fugere

A ✱ paſtores quib⁹ eccl'ia ali idigeat: tūc aliq̄ debēt remanere ⁊ alii fugere: vt ſic grex remanēs i illa eccl'ia ſufficiēter cuſtodiat ⁊ vtilitati eccl'ie de aliis ꝓuideat: ⁊ ſi nō poſſit determinari de cōi ɔcordia vl' alia cōuenīēti via q̄ remaneāt ⁊ q̄ fugiāt: poſſent ſup h̄ inuocata ſpūſſcī gr̄a ſortes mitti: ſm q̄ dicit Aug. in ep̄la ad honoratū: Si iter dei miſtros ſit diſceptatio q̄ eoꝝ tpe ꝑſecutionis maneāt ⁊ q̄ eoꝝ fugiāt ne fuga vl' morte oim eccleſia deſerat: ſi hec diſceptatio alit' nō poterit terminari: q̄ſtū mihi videt' q̄ maneāt ⁊ q̄ fugiāt: ſorte legēdi ſūt. Ad primū dicendum q̄ ſcti fugierunt in caſibus licitis predicto modo. vñ in legenda ſancti Tho. dr ſic: q̄ in principio ꝑſecutiōis fugit: quia nondū innotuerat ad plenū cauſa eccleſie: ⁊ ꝑſonalis ꝑſecutio videbat'. Eodē mō dicendū eſt ad ſcdm q̄ ſaluator hortatur diſcipulos fugere in caſibus licitis predictis.

Auguſtin⁹ i ep̄la ad honoratū

¶ In ca. x. vbi dr in poſtil. Oēs q̄tq̄t veniūt fures ſunt ⁊ latrones.

Additio. j. Ꝙ aūt hec v̄ba xp̄i nō p̄nt itelligi de ꝓph'is ſeu patriarchis ⁊ hmōi ſatis ē manifeſtū: illi enī nō vt ꝑderēt oues ſeu vt eas furarēt venerūt. Sz attendendū eſt quō v̄ba xp̄i dicētis vniuerſalit': Oēs q̄tq̄t venerūt fures ſūt ⁊c. ſaluari poſſint ſic vt ſb hac vniuerſitate nō cōp̄hēdāt' etiā iuſti a dō miſſi. nā ſm ap̄lm ad Hebre. ij. b. Qui oia dicit nihil excipit. ſz ɔtinuādo hec v̄ba ad immediate p̄cedētia ſat' h̄t q̄ hec vniuerſalitas nō cōp̄hēdit oēs q̄tq̄t venerūt ſimplr: ſz tm̄ illos q̄ veniētes nō itrauerūt ꝑ oſtiū: vñ cū xp̄s dixit: Ego ſū oſtiū ouiū: ſtatī ſb iūxit: Quotq̄t ve. ⁊c. vt itelligat' illa vniuerſalitas ſolū cōp̄hēdere illos q̄ nō ꝑ oſtiū venerūt. Et h̄ videt' dicere Aug⁹. i h̄ loco vbi ſic: Intellige q̄ q̄tq̄t venerūt p̄ter me. nō aūt p̄ter illū ꝓph'e venerūt: q: cū illo venerūt ⁊c. et. j. Preceſſerūt enī iuſti in eū credētes vēturū quō credim⁹ i eū q̄ iā vēit: tp̄a enī variata ſūt: nō fides: hec Aug⁹.

¶ In eo. ca. vbi dr i poſtil. Hereditas differt a mercede ꝓprie dicta.

Additio. ij. Premia ſctōꝝ i vtroq̄ teſtō freq̄nt' merces dr: vñ Geñ. xv. a. Merces tua magna ē nimis. ⁊ Eſa. xl. c. Ecce merces ei⁹ cū eo: ⁊ Matt. v. b. Merces vr̄a copioſa eſt i cel. ⁊ j. Coꝛ. iij. c. Vnuſq̄ſq̄ mercedē accipiat ſm ꝓpriū laborē: quē modū loquēdi etiā doctores catholici tenēt: vnde Aug⁹. dic. Viſio eſt tota merces. ⁊ ſic de multis aliis. Incōuenīēs igit' videt' dicere q̄ gl'ia celeſtis non dicat' ꝓprie merces cū ſic cōiter appellet' a ꝓph'et' p̄triarchis euāgeliſtis ap'lis atq̄ doctorib⁹. Sz melius videt' dicēdū q̄ gl'ia celeſt' in cōparatione meritoꝝ quib⁹ eā q̄s de cōi lege adipiſcit' pōt dupl'r ɔſiderari. Vno mō ſm cōgruitatē q̄ attēdit' ſm eq̄litatē ꝓportiōis: ⁊ ſic iuſti ꝓprie merent' gl'iam celeſtem. vñ ⁊ ꝓprie debet dici merces. Alio mō ſm cōdignitatē q̄ attendit' ſm ꝓportionē eq̄litatis: ⁊ iſto mō ſcti nō merent' gl'iaz celeſtē. vñ ad Rom. viij. d. Nō ſūt cōdigne paſſiōes hui⁹ ſeculi ad futurā gl'iaz q̄ reuelabit' i nob: q̄ ɔſideratiōe gl'ia celeſt' nō dr merces: ſed poti⁹ hereditas: eo q̄ fili⁹ ad hoc q̄ debeat ſuccedere i bonis p̄ris nō req̄rit' q̄ hoc mereat' ex ꝓprio labore: ſz ſufficit q̄ legitime ſuccedat p̄ri. Vñ p̄io mō loq̄ndo gl'ia celeſt' ꝓprie dr merces: et iſto mō debēt itelligi auctēs h̄ aſſerētes. ſcdo ꝟo mō intelligi debēt auctēs noiantes celeſtē gl'iam hereditatē: vt i Pſ. Iuſti aūt hereditabunt terrā. ⁊ ſic de aliis.

C

Replica. In ca. x. poſtil. diſtiguit mercedē ab hereditate: Bur. occaſionē q̄rēs dic ꝓmia ſctōꝝ dici merces i vtroq̄ teſtō ſepe ɔcludēs ex h̄ q̄ hereditas ꝓp'e deb3 dici merces ⁊ diſtiguēs de merito ɔgrui ⁊ cōdigni ſe iuoluēs: ɔcedit q̄ in poſtil'. redarguit. ſ. diſtictionē hereditat' ⁊ mercedis. Vñ ſciēdū q̄ vbi i ſacra ſcr'ptura vita btā merces: dr ñ eē ꝓp'e intelligēdū ſz tr̄āſūptiue: vtputa ſic merces in h'ūanis dat' i h'ūanis ꝓ ope: ita in diuinis nō ſm ꝓprietatē ſz ſimilitudinē. Merces ei eterna nō habet ortū ꝓprie ex ope: ſed opis acceptabilitate: et hoc ſm cōgruitatē. congruū enī ē cū hoies faciūt q̄ poſſunt q̄ de⁹ eas acceptet ⁊ gr̄am conferat: vnde fiat cōdignitas in ope.

Glo. ordi.

C B Erat aūt. Hū mo. Ca. XI rat' trās iordanē infirmat' lazarus: ⁊ mittūt ad eū ſorores illuc. Iſte ſorores lazari figura ſūt iudeoꝝ in eterna btitudine iā receptoꝝ q̄ ꝓ fratre ſanādo. i. ꝓ reliquis i tenebris ignorātie adhuc errātibus: dn̄o ſupplicant ex notiſſima actione.

b ¶ Lāguēs la. Lazar⁹ figura eſt iudeoꝝ q̄ īfirmi erāt i fide xp̄i. Martha ⁊ maria ſignificāt doctrinā bonorū iudeoꝝ. c ¶ Ecce quē a. Lazarus ꝑ quē pctōr ſignificat' a dn̄o amatur q: nō venit vocare iuſtos/ ſz pctōres. Sorores pctōris ſūt bōe cogitationes q̄ pro pctīs diſſoluēdis orant.

d ¶ Pro gl'ia dei. i. vt gl'ificet' fili⁹ dei. Ecce ſe deū dicit ɔ̄ illos q̄ dicunt filiū dei nō eē deū. e ¶ Diligebat. Diligebat lāguētiū ſaluator ⁊ mortuoꝝ ſuſcitator lazaꝝ q̄ lāguet ⁊ mortu⁹ ꝟ Duob⁹

a E rat āt q̄dā Ca. XI a
b languēs lazar⁹ a bethania: de caſtello b
marie et marthe ſororū ei⁹.

a ¶ ne erremus cum multe ſint hui⁹ nois. oſtendit' ex notiſſima actione.

Maria aūt erat q̄ vnxit dn̄m vnguēto ⁊ extērſit pedes ei⁹ capillis ſuis: cui⁹ frat' lazar⁹ īfirmabat'.

¶ ſufficit amāti nūciare: q̄ nō deſerit quē amat. ¶ vt ſe a dolore illū liberet ab egritudine.

Miſerūt ḡ ſorores ei⁹ e ad eū dicentes: Dn̄e/ ecce quē f amas infirmat'.

¶ ecce q̄ſi ſi dignaris veni ⁊ ſana.

Audiēs aūt ieſus g dixit eis: Infirmitas hec nō h eſt ad mortē ſed pro gl'ia dei: vt d glorificetur filius dei per eūm:

a ¶ q: nec ip̄a mors q̄ iminebat ad mortē fuit: ſz ad miraculū q̄ oēs crederēt in xp̄m.

¶ que non eum auxit ſed nobis ꝓfuit.

a ¶ infirmantem.

a ¶ triſtiū conſolator. b ¶ q̄ triſtes erant.

e Diligebat āt ieſus marthā/ ⁊ ſo i

Nico. de lyr.

Erat aūt. Poſtq̄ Ca. XI euāgeliſta oſtēdit i xp̄o ꝟtutē viuificatiuā ex ei⁹ ꝟbo. hic ɔ̄ñr hoc idē oñdit ſēſibili ſigno i mortuo ꝟtute ei⁹ reſuſcitato. Et diuidit' i tres: q: euāgeliſta p̄mo deſcribit infirmitatē lazari incurabilē. ſcdo ei⁹ mortē indubitabilē ibi: Vt ḡ audiuit. tertio ei⁹ ſuſcitationē mirabilē/ ibi: Ieſus aūt ⁊ vidit. Prima in duas: q: p̄mo ei⁹ īfirmitas deſcribit'. ſcdo xp̄o nūciat'/ ibi: Miſerūt ḡ. In p̄ia ḡ pte dr ſic: a ¶ Erat āt ⁊c. Ex q̄ p3 icurabilitas infirmitat' via nature. Infirmitas enī curabil' nō dr ꝓp'e lāguor. b ¶ Lazar⁹. ſ. noie. c ¶ A betha. nomē eſt ville i q̄ erat īfirm⁹. d ¶ De caſtello ma. q: in p̄dicta villa erat illud caſtrū i q̄ manebāt iſte dn̄e cū lazaro eoꝝ fratre: ⁊ q: multe mlieres vocabāt' noie marie: iō ad diſtinguendū iſtā ab aliis. ſbdit': Maria aūt erat q̄ vnxit dn̄m vnguēto. Vtrū aūt hec maria fuerit illa peccatrix de q̄ ſcribit' Luc. vij. f. q̄ lauit pedes dn̄i ⁊ vnxit vnguēto: ſcti varie loquūt'. Hiero. āt ⁊ Chryſ. dicūt iſtā fuiſſe aliā. vñ illa dr peccatrix: hec ſctā ⁊ honeſta. ⁊ ꝓp'e hoc nomē illi⁹ Luc. vij. tacet: iſti⁹ aūt nomē hic exp̄mit'. ⁊ tūc dicūt iſti q̄ ambe mlieres fecerunt

Diuiſio

Nico. de lyra

D fecerunt ſiſr: ſed illa fecit hoc ex pctōꝝ ſuorum cōp̄hētiōe: iſta āt ex xp̄i deuotione. Gre. ⁊ Aug. de ɔſenſu euāgeliſtarū dicūt ɔ̄triū. Dicit tm̄ Aug. q̄ iſta maria bis vnxit dn̄m. ex h̄ loco ſumēs argumētū: q: h̄ dr q̄ vnxit: loq̄ndo de p̄terito: ⁊ ſe. ca. ſiſr dixit q̄ vnxit caput dn̄i. dic igit' q̄ prima vnctio fuit ex contritiōe: quā Lucas narrat diffuſe: ⁊ h̄ breuit' repetit'. ſcda āt fuit ex deuotiōe: q̄ ſe q̄. ca. deſcribit'. Cōſuetudo etiā eccl'ie tenet q̄ eadē mlier fuit de q̄ narrat Lucas tacito ei⁹ noie: et q̄ h̄ dr ſoror lazari. Nec mirū: q: officiū eccleſiaſticū a ſctō Greg. ordinatū ē: q̄ fuit hui⁹ opiniōis. e ¶ Miſerūt. Hic ɔ̄ñr infirmitas lazari xp̄o nūciat' ꝑ iternūciū. ⁊ h̄ eſt qō dr: Miſerūt ḡ ſorores. curationē fr̄is deſiderātes. f ¶ Ad eū dicētes: dn̄e ecce ⁊c. nō dicunt veni: quia amāti ſufficit neceſſitatē nunciare amici. g ¶ Audiēs āt ⁊c. ſ. r̄ndēdo ꝑ nūciū. h ¶ Infirmitas ⁊c. Nō ē ꝑ h̄ intelligēdū q̄ lazar⁹ nō fuerit mortu⁹: vt dixerūt aliq̄: q: h̄ eēt deſtruere ꝟitatē euangelij: cū. j. eodem ca. dicat ſaluator: Lazarus mortu⁹ ē: ſed ꝓ tāto dr: Hec infirmitas nō ē ad mortē: q: ñ tēdebat ad mortē ibi ſiſtēdo: ſz ꝓp' reſurrectionē ſequentē: vt inde glorificaret' de⁹ ꝑ oſſionē ſue ꝟtut' ⁊ i xp̄o declaret' ꝟr⁹ deitat'. iō ſeq̄t': Sed ꝓ gl'ia dei vt glorificet' fili⁹ dei ꝑ eū. i ¶ Diligebat āt ⁊c. hoc additur ad oſtendendū q̄re non oportuit q̄ martha ⁊ maria irent ✱

Moraliter a ¶ Erat aūt quidā ⁊c. Per quē ſignificari pōt grauē tentationē patiens. ꝑ eius ſorores ſignificant' ꝑſone ꝓ eius alleuiatione deuote xp̄m dep̄cantes: q̄ nō ſp exaudiunt': ſed talis patiēs aliq̄ñ ꝑ actū pcī mortalis mori ꝑmittitur ab eo q̄ eſt tāte bonitat' ⁊ potentie q̄ ſcit ⁊ pōt bona de malis elicere. Per ieſuz aūt q̄ ſalus interp̄tat' p̄dicator vel ɔfeſſor: ſalutē aīarū ſitiēs ſignificat': q̄ pctōrē non ſolū mortuū reperit ꝑ culpā: ſz etiā aliq̄ñ fetentē ꝑ infamiā: ⁊ ſepultū ſb lapide ꝑ obſtinationē: ⁊ tm̄ deo p̄ncipalit' operante ſic ꝑ bonā monitionē reducit eū ad vitā gr̄e q̄ nō ſolū tollit' obſtinatio ⁊ mors culpe: ſed etiā infamie fetor ⁊ ſuauis odor reddit' bone fame.

Moraliter

E F a ¶ Duob⁹ die. Ut quatriduū īpleret. Prima eñi die quo nūciatum eſt ei: mortu⁹ eſt lāguidus trās iordanē: p duos dies māſit: ecce tres: quarto aūt die venit. b ¶ Eam⁹ in iudea.
Myſtice Myſtice ſignificat fidē redituram ad iudeos in fine p heliam ⁊ enoch. c ¶ Dicūt ei di. Territi volentes ꝯſiliū dare magi-
Mat.16.d ſtro ne moreret̄ ſic̄ ⁊ alibi petrus: Ab ſit a te dñe: nō fiet tibi iſtud. Sed ſicut
Ibidem petr⁹ laudat̄ de alieno: Beatus es ſimō bariona: q᷑ pr̄ reuelauit tibi. culpatur ď ſuo: Redi poſt me ſathana: q᷑ ſapis nō q̄ dei ſed que hoīs ſunt. Ita ⁊ hos corripuit dicēs: ſe diem in quo debent ambulare ne offendant ⁊ ſine eo ambulantes offendāt vt mō nolentes eū mori: q̄ p hoībus venit mori. Illos aūt dicit eſſe horas q̄ diē ſequūtur: nō dies eas: ſed dies eas illuminat. Duodecim eſt ſacrat⁹ numer⁹ qui pmanet plenus. delecto eñi iuda q̄ nō lucebat
Act.1.d inter horas: alius ſurrogat̄. d ¶ Ut credatis. Nō q̄ mō inciperēt credere: ſed vt robuſti⁹ crederēt. ſemp eñi fides eoꝝ miraculis augebat̄. e ¶ Et
Myſtice inuenit. Myſtice quattuor ſūt dies
Quattuor ſūt dies mortis mortis. Naſcit̄ hō cū originali pctō: ecce dies vn⁹ mortis. poſtq̄ venit ad rōnales annos: naturalē legē que dīt
Tob.4.c in corde: Quod tibi nō vis: alij ne feceris trāſgredit̄: ecce ſcdus dies mort⁹.
Deu.27.c Data ē a deo etiā lex ſcripta ꝓhibens mala q̄ ⁊ ipſa ꝯtēnit̄: ecce dies tertius mortis. Addit̄ euāgeliū p̄dicat̄ xp̄us: eterna vita. ecōtra gehēna: ſ; ⁊ ď ꝯtēnūt hoīes: ecce quart⁹ dies mortis in qua putret hō: ſed nec tales relinquit miſcōdia. f ¶ Erat autē be. Q᷑ bethania: id eſt dom⁹ obediētie vbi. ſ. ſuſcitandus erat mortuus vicina eſt hierosolymis

roꝝ ei⁹ mariā ⁊ laçarū. Ut ḡ audi- a
a ¶ diſtulit ſanare vt poſſet reſuſcitare.
uit q᷑ īfirmabat̄ tūc q̄dē māſit ī
a ¶ vt quatriduū impleret.
a eodē loco duob⁹ dieb⁹. Deinde b c
b poſt hec dicit diſcipulis ſuis: Ea d
a ¶ q̄ diſceſſit infirmitas: ſalt: q̄ redit p̄tāt̄ eſt. ¶ q̄ eſt circa hieřlm a regibus de iuda ui dei: ſicut a Romulo romani.
c mus in iudeā iteꝝ. Dicūt ei diſci e
puli: Rabbi nūc q̄rebāt te iudei f
lapidare: ⁊ iteꝝ vadis illuc? Rñ- g
a ¶ q̄ſi nō vos detis mihi ꝯſiliū: ſ; me ſequimini ⁊ in me die ambulate ⁊ nō offendetis.
dit ieſus: Nōne duodecī horę ſūt h
diei? Si q̄s ambulauerit ī die nō k
¶ .i. me.
offēdit: q᷑ lucē hui⁹ mūdi videt. l
¶ in tenebris pctōꝝ vł ignorātie.
Si aūt ābulauerit in nocte / offen m n
¶ ego. ¶ oñdēs rōnē ſui trāſit⁹. o
dit: q᷑ lux nō ē ī eo. Hec ait: ⁊ p⁹ p q
hec dicit eis: Laçarus amicus nr̄
a ¶ niſi hoībus mortuus.
dormit: ſ; vado vt a ſomno exci- r
¶ ſm̄ q̄ intellexerūt.
tē eū. Dixerūt ḡ diſcipli ei⁹: Dñe s
¶ q᷑ ſolet eē ſōn⁹ egrotātiū ſalutis inditiū.
ſi dormit ſalu⁹ erit. Dixerat autē t
ieſus de morte ei⁹. Illi aūt puta- v
uerūt q᷑ de dormitiōe ſomni di-
¶ q̄ obſcure dixerat: dormit.
ceret. Tūc ḡ ieſus dixit eis mani x
feſte: Laçar⁹ mortu⁹ ē: et gaudeo y
a ¶ vt me nihil latere ¶ ⁊ tñ ſcio q᷑ mortu⁹ ē
b ꝓpter vos: vt credatis: qm̄ nō erā z
ibi. S; eam⁹ ad eū. Dixit ḡ tho a
¶ geminus.
mas q̄ dicit̄ didym⁹ ad cōdiſcipu b
a ¶ ecce verus amantiū affectus vel cū eo viuere vel cum eo mori.
los: Eam⁹ ⁊ nos: vt moriamur cū
c eo. Uenit itaq; ieſus ⁊ iuenit eū c
q̄ttuor dies iam in monumēto ha
f bentē. Erat autē bethania iuxta d
hieroſolymā q̄ſi ſtadijs q̄ndecim.

Nico.de lyra

ria irent ad xp̄m perſonaliter: ſicut
F fecit regulus. de quo. ſ. dictū eſt. iiij. ca. q᷑ chriſtus erat familiaris laçaro et eius ſororib⁹: q̄ ibi frequenter hoſpitabatur. a ¶ Ut ḡ audiuit. Hic ꝯñr
Diuiſio deſcribit̄ mors laçari: ⁊ diuidit̄ in duas: q᷑ p̄mo deſcribit̄ hui⁹ mortis expectatio. ſecūdo expectate denūciatio / ibi: Deinde poſt hec. Circa primū ſciendū q̄ chriſtus audita īfirmitate laçari nō ſtatim iuit ad eū: ne a iudeis ei⁹ miracula īpugnantib⁹ et ꝯtuꝫ demonū ea īponētib⁹ poſſet dici q̄ illa infirmitas et mors ſequēs fuiſſet tm̄ ſm̄ apparētiā ⁊ illuſionē factā a xp̄o per artē magicam. ⁊ ď eſt q̄d ď: Ut ḡ au. q᷑ infirmabat̄ tūc q̄dē māſit in eodē loco: trās iordanē. b ¶ Duob⁹ diebus. expectando mortē laçari ſic q̄ eſſet quatriduan⁹ anteq̄ illuc veniret ad maiorē miraculi certitudinem. c ¶ Deinde poſt hec. Hic ꝯñr ponit̄ mort⁹ laçari denūciatio: in q̄ denūciatione ſaluator ſic ꝓcedit: q᷑ p̄mo ꝓpoſitū eundi in iudeā p̄dicit. ſcdo cām ſubiūgit / ibi: Hec ait. tertio ad locū p̄dictū puenit ibi: Uenit itaq; ieſus. In p̄ma ḡ parte ď ſic: Deinde poſt hec. ſ. expectationē mortis laçari p̄dictam: b ¶ Dicit diſcipulis ſuis eamus in iudeā iterū. Hoc aūt predixit eis ꝓter ꝯſuetudinē q᷑ ſciebat eos inde terreri: vt min⁹ iacula ferirent que p̄uiderentur. e ¶ Dicūt ei diſcipuli. timentes in iudeā reuerti. f ¶ Rabbi nūc querebāt te iudei lapi. hoc habitū eſt ca. p̄ce. Et tu iterū vadis illuc. q. d. nō eſt tibi nec nobis ſecurum. g ¶ Rñdit ieſus. eos aſſecurādo. h ¶ Nōne duodecim hore diei ſunt: q. d. ſi volūtatem habebant tunc me lapidandi: mō tñ nō facient: q᷑ mutato tpe pōt voluntas muta-
Prouerbiū vulgare ri. Erat eñi ꝓuerbiū apud iudeos ⁊ adhuc eſt apud nos q̄ loquēdo de mutatione ꝓpoſiti / ď: duodecim hore ſunt diei: ⁊ iō ſaluator

ſaluator vſus eſt tali modo loquendi. Et oſtendit vlterius q̄ G deberent eſſe ſecuri dicēs: i ¶ Si q̄s ambulaue. in die. i. ſancte ⁊ iuſte. Uel aliter: In die. i. mecū q̄ ſum lux mūdi: faciens diē diuine grē. k ¶ Nō offendit. i. ſecurus debet eſſe. l ¶ Quia lucē hui⁹ mūdi videt. i. meipm̄ q̄ poſſum eū ſaluare. Uel aliter. Lucē. i. iuſticiā ad quā attendit. m ¶ Si aūt am. ī nocte. i. ſine p̄ñtia mea: vel ſine iuſticia. n ¶ Offendit. i. deb; ſuſtinere penā offenſe debitā. o ¶ Quia lux nō ē in eo. i. iuſticia: vł ego q̄ ſum lux. q. d. xp̄s: q̄diu vobiſcū ſum p̄ñtialit̄: nō debetis timere iudeos: q᷑ xp̄s etiā in captione ſua ſuos diſcipulos ſaluauit dicēs: Sinite hos abire. vt hr̄. ī. xviij. b. ſed poſt mortē meā periculū erit vobis ſter iudeos ambulare. p ¶ Hec ait:
Diuiſio Hic ꝯñter exp̄mit cām q̄re volebat ire in iudeā. ſ. ꝓpter laçari ſuſcitationē. Et diuidit̄ in duas: q᷑ primo denunciat mortē laçari: tñ occulte. ſcdo exprimit eā manifeſte / ibi: Tūc ḡ ait: Circa primū dicit̄ ſic: Hec que īmediate p̄dicta ſunt. q ¶ Et poſt hec dicit eis. la. amicus noſter dormit: mortē eius vocat dormitionē: q᷑ cito erat ſurrecturus. r ¶ Sed vado vt a ſom. exci. cum. q᷑ tā facile imo facili⁹ eſt xp̄o ſuſcitare mortuū: q̄ alteri dormientem. hanc cām ſui itineris dixit ad aſſecurandū diſcipulos. q. d. nō debet⁹ timere: q᷑ nō vado ad diſputandū cū iudeis: ſicut ante: ſed ad laçarū ſuſcitādū. s ¶ Dixerūt ḡ diſcipuli eius: domine ſi dormit ſalu⁹ erit. q. d. ex q̄ dormit: ſignū eſt ſue curationis: nō eſt neceſſe q̄ vadas illuc: nondū eñi erant ad plenū aſſecurati p verba chriſti: nec mirū: quia adhuc erant infirmi ⁊ impfecti. t ¶ Dixerat autem ieſus de morte eius. cam exprimens per dormitionē: rōne p̄dicta. v ¶ Illi autē pu. q᷑ de dor. ſomni diceret. S; H videt̄ mirabile q̄ itellexiſſent xp̄m velle ire tā longā viā ad excitandū hoiem de ſomno. dicēdū q᷑ adhuc erāt rudes ⁊ in timore poſiti. vt p; ex p̄dictis: et iō mala capiebāt vba xp̄i. Uel dicēdū q̄ xp̄s ꝯſueuerat eis parabolice loq̄: ⁊ iō neſciebant q̄d p excitationē a ſomno intelligerēt: ſuſpicantes ne forte parabolice loqueret̄. x ¶ Tūc ḡ. Hic ꝯñr exp̄mit mortē laçari manifeſte dicēs: y ¶ Lazarus mor. eſt et gaudeo. nō ď morte ei⁹ abſolute: ſed z ¶ Propter vos. vt videntes eius reſurrectionē in fide confirmemini. Uel ſic: Et gaudeo. ſ. quia nō eram ibi: non ꝓpter me: ſed ꝓpter vos: q᷑ ex p̄ſentia mea mors eius fuiſſet īpedita cū mors habere locum nō debeat vbi eſt vita: ⁊ per cōſequens eius reſuſcitatio nō eſſet: que tñ eſt vtilis vobis. a ¶ Dixit ergo thomas qui dicitur didymus. i. dubius. b ¶ Ad cōdiſcipu. ſuos: eamus ⁊ nos ⁊ mo. cum eo. Iſte erat magis timidus q̄ alij. q. d. exponamus nos periculo. Uel ſm̄ alios dicebat ď ex magna dilectione. q. d. melius eſt nobis cum illo mori q̄ ſine illo viuere.
Diuiſio c ¶ Uenit itaq; ieſus. Hic ꝯſequēter agit̄ de aduentu xp̄i ad laçarum. ⁊ diuidit̄ in duas: q᷑ primo agit̄ de eius ꝯuerſione. ſcdo de eius ſuſceptiōe / ibi: Martha ḡ. In p̄mo ergo parte dicit̄ ſic: Uenit itaq; ieſus ⁊ iuenit eū quattuor dies iā in mo. habentē. Quattuor: dicit ad certitudinē mortis: quia l; ſint alique infirmitates latentes q̄bus videt̄ aliq̄s mortu⁹ ad tp̄us: hoc tñ nō durat p quattuor dies. Dicit etiā in monumēto. ſ. in terra recluſus: q᷑ dato q̄ fuiſſet ibi poſit⁹ viu⁹ nihilomin⁹ in tāto tpe fuiſſet ibi mortu⁹. d ¶ Erat ⁊c. quaſi ſtadijs quindecim: que valent leucam excepto vno ſtadio.

Multi autem ex

Jeroſolymis hoc myſterio cōgruit: q2 gēs iudeoꝝ q̄ in fine ſeculi cōuertet̄ cito ad hieruſm. i. ad pac. viſionē pueniet. Nō tn̄ niſi expletis .xv. ſtadijs. i. poſt cognitionē veter. ꝛ noui teſtamēti ſpūalē. a ¶ Sȝ ꝛ nūc ſcio. Scio q2 potes ſuſcitare ſi vis qd̄ tuo relinq̄ arbitrio: nō at̄ p̄ſumo neq̄ rogo vt ſuſcites: q̄ neſcio an ſit vtil̄ fieri reſurrectio. b ¶ Etiam ſi mor. fue. Tres mortuos ſuſcitauit ieſus: vnū in domo. i. in corde. ſcd̄m in porta. i. in ore. tertiū in monumēto. i. in ope ꝛ ꝯſuetudine peccādi. c ¶ Viuet. Ut viuit abraā iſaac ꝛ iacob q2 deus ē ſicut viuoꝝ.

Christ⁹ tres mortuos ſuſcitauit

Credēs etiā mortuus viuit: ſicut non credēs etiā viuēs mortu⁹ eſt. d ¶ Silentio. Quia ſi audiſſent iudei eā vocatā fuiſſe a ieſu: non ſequerent̄: ꝛ ita nō viderent miraculū. Sȝ q2 putauerāt eas ad ſepulchꝛū fratris ituras: ſecuti ſunt. e ¶ Et vocat te. Cauſa breuitatis in verbis marthe oñdit nō prius dictū. i. q̄ dn̄s mariā vocauerit. f ¶ Secuti ſunt eā dicētes. Hec ideo euāgeliſta narrare curauit vt videamus q̄ occaſio fecerit vt plures haberet teſtes reſurrectio quatriduani. g ¶ Infremuit ſpiritu. Nota peccātē: ipſe fremuit ꝛ turbauit ſe quē alius turbare nō potuit: ſic oīa hmōi ſuſcepit: q2 voluit. Significat autē q̄tū hō turbari debeat: p̄ſſus tanta mole pcti. Qñ aūt pctōꝛ cōputās q̄ bona dei accepit q̄ mala reddidit fremit in ſpū et turbat: chꝛiſtus fremit in eo ꝛ turbat: q2 fides de chꝛiſto: chꝛiſtus ē in corde. Fremit ꝟo fides in hoīe duȝ de pctis increpat ſe. h ¶ Ubi poſuiſtis eū. Qui abſens ſciuit mortuum ſcit ꝛ vbi ſit ſepultus. ſed ſic dicens ſe quaſi neſcire perditum hominem ſignificat. vnde dicit̄: Nō noui vos. ꝛ vbi es adā.

Gen.3.b

G Jeſus ergo

l ¶ Ego ſum reſurrectio. ſ. cauſalis. Tū q2 reſurrectio xp̄i ē cauſa nr̄e reſurrectionis. Tū q2 reſurrectio general̄ futura fiet ꝟtute xp̄i vocātis mortuos ad iudiciū. m ¶ Et vita. p eſſentiā: ꝓpē qd̄ ſum cā vite oīb⁹ viuētib⁹: ꝛ poſſum dare vitā mortuis: q2 qd̄ ē tale p eſſentiā ē cā oīm alioꝝ q̄ ſunt p ꝑticipatiōez vt h̄r. ij. Metaph. n ¶ Qui credit in me. ſic ꝑdeſtinatus. o ¶ Etiā ſi mor. ſu. Per lapſum in pctm̄ mortale. p ¶ Uiuet. finalit̄ vita grē. q ¶ Et oīs q̄ vi. ꝛ cre. in me. fide formata. r ¶ Nō moriēt i eter. i. morte eterna: ſȝ moriat̄ morte tp̄ali: ad ſoluēdū debitū nature. s ¶ Credis h. nō petit h q̄ſi igrās: ſȝ q̄rēs ei⁹ ꝯfeſſionem ad meritū: q2 oꝛe fit ꝯfeſſio ad ſalutē: vt h̄r Ro. x. b. t ¶ Ait illi: vtiq̄ dn̄e. q2 p xp̄i ꝟba erat inſtructa i fide plenius q̄ an̄: qd̄ ptȝ ex ei⁹ ſeq̄nti ꝯfeſſiōe: in q̄ p̄mo exp̄mit̄ ip̄i⁹ xp̄i dignitas ſacerdotalis ꝛ regia: cū dr̄: v ¶ Ego credidi q2 tu es xp̄s. i. vnct⁹. vnctio āt debebat̄ regib⁹ ꝛ ſacerdotib⁹. ſcd̄o xp̄i diuinitas: cū dr̄: x ¶ Fili⁹ dei. ſ. natural̄. tertio incarnatiōis ꝟitas cum ſubdit̄: y ¶ Qui i hūc mū. ve. nō p loci mutationē: ſȝ p carnis aſſūptionē. z ¶ Et cū hec dix. h agit̄ de ſuſceptiōe xp̄i q̄ ad mariā: q2 martha a xp̄o edocta. ſtatim:

Multi aūt ex iudeis venerāt ad a
marthā ꝛ mariā vt ꝯſolarēt eas
d̄ fratre ſuo. Martha ergo vt au b
a ¶ actiua vita: p̄mū occurrit p opa miſcdie
diuit q2 ieſus venit: occurrit illi: c
a ¶ q2 ꝯtēplatiui quietē deſiderant.
maria āt domi ſedebat. Dixit ḡ d e
martha ad ieſū: Dn̄e ſi fuiſſes h
a frat̄ me⁹ nō fuiſſet mortu⁹. Sȝ ꝛ f
nūc ſcio q2 q̄cūq̄ popoſceris a deo
dabit tibi de⁹. Dic illi ieſus: Re g h
¶ ābigue dictū h̄ determiat qñ. ꝛ iō illa dic̄ ei
ſurget frat̄ tu⁹. Dicit ei martha: i
¶ de illa certa ſum: de hac incerta.
Scio q2 reſurget in reſurrectiōe
a ¶ q̄ſi dic̄ q̄ reſurget ꝛ ꝟeȝ ē: ſȝ p quē tūc
reſurget pōt ꝛ mō: q2 ego ſum reſur.
in nouiſſimo die. Dicit ei ieſus: k
¶ ideo reſurrectio q2 vita.
Ego ſum reſurrectio ꝛ vita: qui l m n
¶ vt mō eſt laçarus.
b c credit i me etiā ſi mortu⁹ fuerit vi o p
¶ in carne. ¶ tā viuēs in aīa.
uet: ꝛ oīs q̄ viuit ꝛ credit i me nō q r
¶ ſi ad tp̄s moriat̄ ſm̄ carnē. a ¶ ſciēs fidē
moriēt in eternum. Crēdis hoc s
, q̄rit ꝯfeſſionē. ¶ oīa hec credo: q2
Ait illi: Utiq̄ dn̄e. Ego credidi t v
¶ miſſus ad ſalutē mūdi.
q2 tu es xp̄s fili⁹ dei viui q̄ in hūc x y
mūdū veniſti. Et cū hec dixiſſet z
¶ exploꝛata a deo fide ꝛ ab ea data.
abijt ꝛ vocauit mariā ſororē ſuā a
¶ id eſt ſuppꝛeſſa voce.
d e ſilētio, dicēs: Magr̄ adeſt ꝛ vo- b c
cat te. Illa vt audiuit: ſurrexit ci d
to, ꝛ vēit ad eū. Nōdū eñ vene- e
rat ieſus i caſtellū: ſȝ erat adhuc
in illo loco vbi occurrerat ei mar
tha. Judei ergo q̄ erāt cū ea i do f
¶ de reſurrectione.
mo ꝛ cōſolabant̄ eā: cū vidiſſent
f mariā q2 cito ſurrexit ꝛ exijt: ſecu
ti ſūt eā dicētes: Quia vadit ad g
monumētū vt ploꝛet ibi. Maria h
ergo cū vēiſſet vbi erat ieſus: vi-
dēs eū cecidit ad pedes ei⁹, ꝛ di- i
¶ q2 te p̄ſēte nl̄la īfirmitas auſa fuit apparere apud quas vita nouerat hoſpitari.
xit ei: Dn̄e ſi fuiſſes h, n̄ eēt mor-
tu⁹ frat̄ me⁹. Jeſus ergo vt vidit k
eā ploꝛantē: et iudeos q̄ venerāt
g cū ea ploꝛātes: infremuit ſpū et l
¶ alius nō.
h turbauit ſemetip̄m et dixit: Ubi

Nico.de lyra

B ℞ a ¶ Multi āt ex iudeis vene. ad mar. vt cōſol. eas de fra. ſuo. Tū q2 erāt nobiles dn̄e. Tū q2 loc⁹ erat ſat̄ ꝓpe: vt ptȝ ex dict̄. b ¶ Martha ergo. Hic agit̄ de xp̄i ſuſceptiōe. ꝛ p̄mo q̄ ad marthā. ſcd̄o q̄ ad mariā, ibi: Et cū hec dixiſſet. Pria in duas: q2 p̄mo xp̄s a martha deuote ſuſcipit̄. ſcd̄o frīs ſui ſuſcitatio ei ꝓmittit̄, ibi: Dixit illi ie. In p̄ma pte dr̄ ſic: Martha ergo vt audi. q2 ve. ieſus. ip̄a eñ hēbat curā dom⁹: ꝛ iō p̄mo nūciat⁹ eſt ei aduēt⁹ xp̄i p aliquē q̄ aduentū xp̄i ꝑuenerat. c ¶ Occurrit illi. Reuerēter ꝛ deuote. d ¶ Maria autē domi ſedebat. Cū iudeis q̄ venerāt ad eas. e ¶ Dixit ergo mar. ad ieſum: Dn̄e ſi fuiſſes hic frat̄ me⁹ nō fuiſ. mor. Ex q̄ apparet q̄ credebat ip̄m poſſe ꝯſeruare frēȝ ſuū a morte: tn̄ impfecte credebat: q2 videt̄ innuere q̄ nō poſſet xp̄s tantū abſens q̄tū p̄ñs. f ¶ Sȝ ꝛ nūc ſcio: q2 q̄cūq̄ popoſ. a deo da. tibi de⁹. videt̄ p hoc nō fuiſſe edocta plene de x̄i deitate: q2 nō dixiſſet q̄cūq̄ popoſceris: ſed dixiſſet: q̄cūq̄ iuſſeris fiet. g ¶ Dicit illi ieſus. Hic ſuſcitatio frat̄ ſui ei ꝓmittit̄, cū dr̄: h ¶ Reſurget frater tu⁹. Sȝ illa intellexit h de reſurrectiōe futura. Iō ſbdit̄: i ¶ Dicit ei martha: ſcio q2 reſurget in reſur. ꝛc̄. Ex q̄ ptȝ q̄ erat d̄ ſecta phariſeoꝝ q̄tū ad h q̄ ꝯfitent̄ reſurrectionē futurā: ꝛ nō de ſecta ſaduceoꝝ qui hoc negant. k ¶ Dicit ei ieſus. explicās intētionē ſuā de reſurrectiōe frat̄ ſui ꝓmiſſā.

Ego ſum

Diuiſio

a ¶ Abijt ꝛ vo. ma. ſo. ſuā. vt audiret bonos rumores q̄s ip̄a a xp̄o audierat. b ¶ Silētio. ꝓpter iudeos p̄ñtes: q̄ꝝ aliq̄ ꝯ xp̄m machinabant̄, dicentes: c ¶ Magiſter adeſt et vocat te. ſȝ nō ſit. ē. expꝛſſum q̄ xp̄s vocaret mariā: tn̄ hoc ē credēdū: q2 nō eſt ꝓbabile q̄ martha in hoc mētiret̄: ſȝ ꝓpt̄ breuitatē euāgeliſta illd̄ omiſit: q2 ſufficit ex ꝟbo marthe exp̄mere. d ¶ Illa vt au. ſur. ci. ꝛ ve. ad eū. ex magna deuotiōe. e ¶ Nōdū eñ ve. ieſus in caſtel. ꝛc̄. oñdēs q̄ ad miracula faciēda nō ſe īgerebat: ꝛ vt ex aduētu iudeoꝝ cū maria ad ip̄m: mag̃ celebre et notoꝛiū eſſet miraculū. f ¶ Judei ergo ꝛc̄. Et ptȝ lr̄a vſq̄ ibi: Dicentes: g ¶ Quia va. ad mo. vt plo. ibi. Credebāt eñ eā eſſe ſubito motā ex cōpaſſiōe frīs ſui: q2 nō audierāt verbum marthe: vt dictū ē. h ¶ Maria ꝛc̄. cecidit ad pedes ei⁹. qd̄ nō fecerat martha. Ex q̄ patet q̄ maria magis amabat ieſum ꝛ reuerebat̄. i ¶ Et dixit ei: Dn̄e ſi fuiſſes ꝛc̄. exponit̄ ſicut ſupra. k ¶ Jeſus ergo. Hic ꝯñr agit̄ de laçari ſuſcitatiōe. Et diuidit̄ in duas: q2 p̄mo ponit̄ ſuſcitatiōis act⁹. ſcd̄o ſeq̄ns effect⁹, ibi: Multi ḡ ex iudeis. Pria in tres: q2 p̄mo deſcribit̄ affectio xp̄i ad laçaꝝ. ſcd̄o ſeq̄ns inde murmuratio iudeoꝝ, ibi: Dixerunt ḡ. tertio xp̄s ſuſcitat mortuum, ibi: Jeſus ḡ rurſum ꝛc̄. Affectio xp̄i ad laçaꝝ oñdit̄ p̄mo ex ſigno, cū dr̄: Jeſus ergo vt vidit eā plo. et iu. q̄ ve. cum ea plo. ex morte amici. l ¶ Infremuit ſpū ꝛ tur. ſeip̄m. fremitus ꝯſurgit ex indignatione. iſte eñ xp̄i fremitus ꝓcedebat ex indignatione eius ꝯ diabolū. p cuius ſuggeſtionem mors intrauit in mūdū quē erat cito debellaturus. turbatio aūt illa ꝓcedebat ex cōpaſſiōe laçari ꝛ ſoroꝝ eius. Sciendū tn̄ q̄ iſte paſſiōes ꝛ ſimiles nō erāt in xp̄o vitioſe: ſed mag̃ ꝟtuoſe: q2 nō erāt ꝑuenientes iudiciū rōnis: ſed magis ſequētes ꝛ p ip̄m excitate: ſicut dicit ph̄s iiij. Ethicoꝝ. q̄ paſſio ire excitata p ꝟtutē fortitudīs adiuuat ad actū eius fortius exequendum. ſcd̄o oſtendit̄ affectio chꝛiſti ex verbo, cum dicit̄: Ubi poſuiſtis eū ꝛc̄. tertio ex facto, cum ſubditur:

D

Diuiſio

Phs

J ℞ Et lachꝛyma-

G a ¶ Jeſus ergo. Difficultatē oſtēdit viuificatiōis talis pec
E catoris. b ¶ Erat aūt ſpe. Laꝫarus mortuꝰ figura ē iude
orū i xp̄o nō credētiū: ⁊ lapide.i.onere legꝭ oppꝛſſoꝝ. Sororeſ
Moraliter ꝓ eo rogātes fideles ſūt i pplo iudeoꝝ. ¶ Moralit. Unuſ
quiſqꝫ pctōꝛ mole pctōꝝ pꝛſſus ⁊ ſua lege grauatꝰ. ⁊ ꝯſuetudi
ne ſua mala iam fetens: alios exemplo
ſuo malo apte corrūpit. Sorores cogi
tationes aliq̄: q2 qn̄qꝫ cogitās ſe male
feciſſe dolet. c ¶ Dn̄e iā fe. Time
bat remoto lapide potꝰ fetorē exꝓuari
q̄ fratrē reſuſcitari. d ¶ Sꝫ ꝓpter
pplm. His verbis ſe gl̄iam pr̄is q̄re
re ſicut i aliis opib9 oſ̄dit. Naꝫ q2 ſm
hoiem minoꝛ erat pr̄e: ab eo petit ſuſci
tationē laꝫari: ⁊ id ſe exauditū dicit: et
h ꝓpter circūſtātes: vt ſic crederēt dei
filiū. e ¶ Uoce ma cla. Fremuit/la
† S.9.b chrymauit/clamauit q2 difficile ſurgit:
quē moles male ꝯſuetudis pmit: ſꝫ tn̄
poſt magnā vocē ſurgit.i.ꝑ magnā dei
grām viuificat dū penitet. f ¶ Et ſta
tim ꝓ. Dū pctōꝛ cōtēnit/ſepultꝰ iacet:
qn̄ penitet/ſurgit: qn̄ cōfitet/ꝓdiit: q̄ſi
de occultis exeūdo manifeſtꝰ: ſꝫ adhuc
ligatus eſt: ⁊ dr̄ miniſtris: Soluite eū
Mat.16.c. ⁊ ſinite abire.vn̄: Que ſolueritꝭ ſuper
terrā ſolu. erūt ⁊ i cel. g ¶ Soluite
eū. Chriſtꝰ ꝑ ſe viuificat intꝰ: miniſtris
tribuit ptātē ſoluēdi. h ¶ Quidā au
tē. Siue annūciādo vt crederēt: ſiue ꝓ
diendo vt ſeuirēt. Sꝫ quō h factū ſit.
Collegerunt pontifices ⁊c.

Credent

posuiſtis eū: Dicūt ei: Dn̄e veni
¶ miſerere. ¶ plorat q̄ ſe pctōꝛ. ¶ h̄uanitꝰ
⁊ vide. Et lachꝛymatꝰ eſt ieſus. a
a ¶ vn̄ dr̄: Nō veni vocare iuſtos ſꝫ pctōꝛes
a Dixerūt ḡ iudei: Eccē quō ama b
bat eū. Quidā aūt ex ipis dixe
a ¶ potuit ſꝫ noluit: q2 plꝰ eſt ſuſcitare mor
tuū q̄ ne moreret facere. b ¶ inuidi h q̄
cōfitebant nō credebāt.
rūt: Nō pōtat h q̄ apēruit oclos c
ceci nati facere vt h̄ nō moreret.
a ¶ fremat ⁊ in te ſi vis reuiuiſcere.
Jeſus ḡ rurſū frēmēs i ſemetip d
b ſo venit ad monumentuꝫ. Erat f
a ¶ mortuus ſub lapide: reꝰ ſub lege: q2 reꝰ
ſub lege: boni cū lege.
aūt ſpelūca: ⁊ lāpis ſuppoſitus
a ¶ onus legis remouete: pdicate gratiā.
erat ei. Ait ihs: Tōllite lapidē. g
Dicit ei martha ſoror eiꝰ q̄ mor h
¶ cōſuetudine peccandi.
c tuꝰ fuerat: Dn̄e iā fetet: q̄triduaꝰ
nꝰ ē ei. Dicit ei ieſus: Nōne dixi k
a ¶ q2 fetētē q̄triduanū ſuſcitat: oēs ei pec
cauerūt ⁊ egent gloꝛia dei.
tibi: qm̄ ſi crediderꝭ vidēbis glo
riā dei: Tulerunt ḡ lapidē. Je l
ſus aūt eleuatis ſurſū oculis di m
xit: Pat̄ grās ago tibi qm̄ audi n
ſti me. Ego aūt ſciebaꝫ q2 ſemꝑ o
b me audis/ſꝫ ꝓpt pplm̄ q̄ circū p
ſtat dixi: vt credāt q2 tu me miſi
c ſti. Hec cū dixiſſet voce magna q
¶ ſicut potētia ē q ſurgit: ita q ligatꝰ ad
huc ꝓdiit.i.foras ꝓceſſit
f clamauit: Laꝫare veni foras. Et r
¶ vinculis peccatoꝝ.
ſtati ꝓdiit q̄ fuerat mortuꝰ: liga s
tꝰ pedes ⁊ manꝰ inſtitꝭ/ ⁊ facies il
¶ velamen ſup cor.
liꝰ ſudario erat ligata. Dixit eis t
g ieſus † Soluite eū ⁊ ſinite abire. v
¶ non omnes.
Multi ḡ ex iudeis q̄ venerāt ad x
mariā ⁊ marthā/ ⁊ viderāt q̄ fe
h cit ieſus: crediderūt i eū. Quidā y

Nico.delyra

G ※ a ¶ Et lachꝛymatus eſt ieſus. ex pietate videns locū ſepulture. ꝑ hoc etiā oſtendit veritatē humane nature: paris eñ periculi ē diſcredere verā humanitatē in xp̄o: ſicut ⁊ deitatē. ⁊ ideo vbi chriſtus oſtēdit ſuā deitatē: adiungebat aliqua ad declarandū ſuā humanitatē: ⁊ econuerſo: ⁊ hoc ptꝫ in eiꝰ natiuitate: qn̄ iacēs i pꝛeſepio vt hō infirmꝰ: ſtellā fecit radiare in celo vt deus. Similiter in paſſione quādo ipſo moriente ex natura paſſibili: ſol obſcuratus ē inuiſibili virtute dei. Et hic ſiſr in ſuſcitatione laꝫari quatriduani: qđ erat maxime virtutis: turbatus ē ⁊ fleuit ad declarādū veritatē hūanitatis. b ¶ Dixerunt. Hic ex effectu xp̄i oſtendit ſequēs murmuratio. Judei eñ viderūt xp̄m triſtari: ⁊ ꝑ ꝯn̄s arguebāt ꝙ mors
Triſticia illa cōtra volūtatē chꝛiſti ſimpliciter ac
† De ſen.et cidiſſet: q2 triſticia eſt d̄ his que nobis
cō.c.a nobis nolētibꝰ acciderūt: vt dicit Augꝰ.xiiij. de ciuitate dei: ⁊ ꝑ ꝯn̄s cōcludebant ꝙ nō potuiſſet laꝫarū ꝓſeruaſſe a morte. ⁊ hoc eſt qđ dicit: Dixerūt ergo iudei ecce quō amabat eū. q2 videbāt eū dēs ſignū inuētes ꝑ h ꝙ libēter ſi poſſet ꝓſeruaſſet eū a morte: ⁊ ex hoc vlterius miraculū de ceco nato illuminato volebāt annihilare ⁊ in aliū retoꝛquere. dicētes. c ¶ Non poterat hic q̄ aperuit ocu. ⁊c. q.d. ex quo nō pōt hoc: nec illud potuit: nec fecit. Iſti nō expectabāt ſufficiēter: ſed iudicabant ante tp̄s: q2 xp̄s plꝰ fecit: plus eñ eſt mortuū ſuſcitare q̄ mortē infirmātis impedire. d ¶ Jeſus ergo. Hic ꝯn̄r ponit laꝫari ſuſcitatio. Et ponunt hic quinqꝫ ꝑ oꝛdinē facientia ad miraculi certitudinē ⁊ magnificentiā: partes patebūt ꝓſequēdo. Primū eſt deſcriptio ſepulchꝛi: qđ erat ſpelūca cauata in rupe magna ⁊ ꝓfunda: ita ꝙ poterāt poni plura ibi corpora ſcꝫ corpora eoꝝ q̄ fuerūt eiuſdē parētele. vn̄ frequēter dicit i libꝛis Regꝭ. Sepultꝰ eſt in ſepulchꝛo patrū ſuoꝝ. Sic igit erat factū ſepulchꝛum laꝫari ⁊ deſup grādi lapide claudebat. Et q̄ ptꝫ vera mors laꝫari: q2 ſi fuiſſet ibi poſitꝰ viuus ⁊ ſanꝰ: infra quatriduū fuiſſet mortuꝰ ex loci corruptione. et h eſt qđ dicitur:

dicit. Jeſus ergo rur. ⁊c. indignatus ꝯtra maliciā iudeoꝝ de factis ſuis vbiqꝫ murmurātiū: ⁊ talis indignatio ē virtuoſa: q2 ſicut ad virtuoſum ꝑtinet applaudere bono: ita ⁊ indignari ꝯtra malū. e ¶ Venit ad mo. dr̄ eñ ſepultura monumētū: q̄ſi monēs mētē: q2 monet viuētes vt ꝯcogitēt mortē. f ¶ Erat aūt ſpelūca ⁊c. mō ſ̄dicto facta. g ¶ Ait ieſus. Hic ponit ſcđm.ſ. lapidis amotio/ cū dicit: h ¶ Tollite la. ⁊c. dn̄e iā fe. q.d. h aliqñ ſuſcitati ſint mortui recētes. tn̄ ꝙ iā quatriduanus ex fetore ſolutus reſuſcitet: nō eſt ſic auditū: ⁊ h verbū videt ꝓceſſiſſe ex admiratiōe marthe et eius ignorātia: q2 eiuſdē virtutis ē ſuſcitare mortuū vtroqꝫ modo/ id ſequit i ¶ Dicit ei ieſus. corrigendo eiꝰ dictū. k ¶ Nōne dixi tibi ⁊c.i. glorioſam eiꝰ virtutē in ſuſcitatiōe fratris tui. l ¶ Tulerūt ex. la. ad p̄ceptum xp̄i. m ¶ Jeſus aūt. Hic ponit tertiū.ſ. xp̄i orō in laꝫari ſuſcitatione: qđ facit ad declaratiōeꝫ miraculi: q2 iudei xp̄o iponebāt ꝙ faciebat miracula virtute demōis: qđ oſ̄dit falſū ꝑ h ꝙ i faciēdo orat deū. ⁊ hoc eſt qđ dicit: Jeſus aūt ele. ⁊c. vt oſ̄deret nobis formā orādi: q̄ ē ꝑ eleuationē mētꝭ i deū. n ¶ Dixit pa. grā. Deꝰ aūt pat celeſtis magnificētiſſimꝰ ē: ⁊ id ex gratiarū actione de p̄teritis ad p̄ſtanda beneficia ſequētia ꝓuocat: h eñ eſt ꝓpꝛiū magnifici vt hr̄.iiij. Ethic. o ¶ Ego aūt ſcie. ⁊c. In his eñ q̄ xp̄s abſolute volebat deliberatiua volūtate cōformabat diuie volūtati ⁊ ſic exaudiebatur. Sciendū tn̄ ꝙ orare patrē cōuenit chꝛiſto rōne humanitatis in qua ē minoꝛ patre: nō aūt ratione diuinitatis i qua eſt ei equalis. p ¶ Sed ꝓpter po. q̄ circūſta. multi eñ ex iudeis dicebant ꝙ in beelꝫebub faciebat ſigna: qđ remouet cōformādo volūtatē ſuā cū volūtate diuina. q ¶ Hec cū dixiſſet. Hic ponit quartū.ſ. laꝫari vocatio/ cū dr̄: Hec cū dixiſſet vo. magna ⁊c. hoc facit ad declarationē miraculi: q2 ſi dixiſſet in ſilētio: poſſent dicere aduerſarii ꝙ verba magica dixiſſet vel interpoſuiſſet. ꝑ hoc etiaꝫ tollit error eoꝝ q̄ dicebāt aīas defunctoꝝ latitare in ſepulchꝛis: ⁊ id clamauit ieſus voce magna in ſuſcitatiōe laꝫari: quaſi aīam reuocās a lōginquo.ſ. ab inferno: vt ad corpus rediret. r ¶ Et ſtatim. Hic ponit quintū.ſ. laꝫari ſuſcitatio/cum dicit: Et ſtatim ꝓdiit q̄ fu. mor. q2 virtus diuia opat i inſtāti. s ¶ Ligatꝰ ma. ⁊c. Hic declarat virtus diuina nō ſolū ſuſcitādo mortuū: ſꝫ etiā faciēs exire ligatū: ꝑ hoc etiā apparet certitudo miraculi: in ſtatum exiuit laꝫarus eo mō q̄ fuerat i ſepulchꝛo poſitꝰ. t ¶ Dixit eis ie. ſol. ⁊c. hoc p̄cepit aliis: licet poſſet facere ꝑ ſeipm̄ vt accedētes de ꝓpe ⁊ tangentes ex viſu ⁊ tactu eſſent teſtes miraculi efficatiores: ſicut. ſ̄. dictum eſt de amotione lapidis. v ¶ Et ſinite abire. vt oſtendat vere ſuſcitatꝰ ⁊ nō fantaſtice. ꝑ opa vite: cuiuſmodi eſt ambulatio ⁊ comeſtio ⁊ conſimilia. ideo. ſ̄. dicit ſe. ca. ꝙ laꝫarus erat vnus de diſcūbentibꝰ. x ¶ Multi ergo. Hic ponit ſuſcitationis effectꝰ dupliciter. primo quo ad preſentes. ſcđo quo ad abſentes /ibi: Collegerunt ergo. Effectus miraculi circa p̄ſentes oſtendit ex hoc ꝙ viſo predicto miraculo multi eoꝝ crediderunt chꝛiſto: nec mirum: quia illud ſignū fuit diuine virtutis manifeſte oſtenſiuū que nō poteſt adeſſe ad teſtificādum aliquod falſum. ⁊ hoc ē quod dicit: Multi ergo ⁊c. ⁊ ptꝫ. Sequit: y ¶ Quidaꝫ aūt ex ipis ⁊c. dicunt doctores aliq̄ ꝙ h fecerunt bono ꝫelo moti: volētes ex miraculo viſo refrenare irā eoꝝ ꝯtra ieſū ex

ꝯ irratio

a ¶ Credēt. Et qꝛ ſentiebāt doctrinā ei⁹ eſſe ꝯ tēplū ꝛ paternas leges: timebāt ne ſi oēs crederēt in xp̄m: nemo remanēret q̄ ꝯ romanos ciuitatē dei ꝛ tēplū defenderet. Et veniēt ro. De tpalib⁹ timēt: nō ď eternis: ꝛ vtraqꝫ ꝑdiderūt. Loc⁹ ē hierlm quē ꝑdiderūt. Gētē ſuā ꝑdiderūt vbiqꝫ diſꝑſi. b ¶ Hoc a ſemetipſo. Aug⁹. Nota etiā ꝑ malos ſpm̄ ꝓphetie ꝑdicere futura: qd̄ tñ euāgeliſta diuīo tribuit ſacrō: qꝛ fuit pōtifex. i. ſūmus ſacerdos ꝛ myſteriū hñs in manib⁹ ſpū dei locutus eſt. De⁹ conſtituit vnū ſūmū ſacerdotē: cui mortuo vn⁹ ſuccederet. Sꝫ ꝑ ābitionē poſtea euenit vt plures eſſent ꝛ vicib⁹ miniſtrarēt: forte ꝛ plies in vno ãno ex qb⁹ forte exibat q̄ incēſum poneret: qd̄ nō licet niſi ſūmo ſacerdoti: vt de zacharia legit. c ¶ Pro gēte. iudeoꝝ. ſ. in q̄ erāt oues. h̄ tñ cayphas: ſed qꝛ nouerat euāgeliſta eſſe alias oues. addidit: Sꝫ vt filios dei q̄ erāt diſꝑſi cōgregaret. Filiū ꝑdeſtinatione: ſicut ꝛ oues in iſrl': nōdū eñ erāt: qꝛ nōdū crediderāt. d ¶ Proximū aūt. Imminēte paſcha figurali in q̄ iā ver⁹ agn⁹ imolādus ē: ꝯſiliū erat inť iudeos de eo occidendo: ꝛ ipſe appropinquat paſſionis loco.

Mali etiā ꝓphetāt

a ¶ qui venerāt: vel ex his qui crediderāt.
aūt ex ipſis abierūt ad phariſeos:
ꝛ dixerūt eis q̄ fecit ieſus. Collegerūt a
¶ aduerſus ieſum
ergo pōtifices ꝛ phariſei ꝯciliū/ b c
¶ q̄ſi cur nō ꝓuidem⁹ nobis.
ꝛ dicebāt: Quid facim⁹? Quia d e
h̄ hō mlta ſigna facit: Si dimit/ f
a tim⁹ eū ſic: oēs credēt i eū. Et ve g
niēt romāi/ ꝛ tollēt nřm locū ꝛ gē h i
a ¶ inueſtigās vl' ſagax vl' vētēs ore interꝑtat
tē. Un⁹ āt ex ipſis cayphas noīe k
cū eſſet pōtifex āni illi⁹ dixit eis: l m
Uos neſcitiſ q̄cq̄ nec cogitatis: n
qꝛ expedit nobis vt vn⁹ moriat o
hō ꝓ ꝑplo: ꝛ nō tota gēs pereat. p q r s
b †Hoc a ſemetipſo nō dixit: ſꝫ cū
eſſet pōtifex āni illius ꝓphauit:
qꝛ ieſus moriturus erat ꝓ gēte. t
c Et nō tm̄ ꝓ gēte: ſꝫ vt filios dei v
q̄ erāt diſꝑſi cōgregaret in vnū. x y
¶ nō q̄n ꝛ paucis: ſed mō diffinite.
†Ab illo ergo die cogitauerūt vt i z
terficerēt eū. Ieſus ergo iā nō in a
¶ nō q̄ h̄ nō poſſet ſꝫ docet ſuos cedere fu
palā ambulabat apud iudeos
rori pſequētiū. ¶ ſignificat trāſitū ad gētes in ephrē q̄ interꝑtat fructificatio. i. eccl'ia.
ſꝫ abijt in regionē iuxta deſertū: b
in ciuitatē q̄ dr ephrē: ꝛ ibi mora c d
a bat cū diſcipul' ſuis. †Proximū e

Nico. de lyra

vt ꝗ irrōnabilē. alij dicūt ꝙ male motū feceꝛt: qꝛ ſicut ex ſignis viſis boni et electi ꝯuertunt: ita frequēť mali obdurant. ꝛ h̄ mag' videt ex lr̄a ſeq̄nti: vbi agit de ꝯgregatiōe phariſeoꝝ ad tractādū de morte xp̄i. a ¶ Collegerūt. Hic ponit effect⁹ ſuſcitatiōis lazari reſpectu abſentiū: qꝛ audita ſuſcitatōe lazari: ex ira ꝛ inuidia moti ſūt ad tractādū de morte xp̄i. Et diuidit in tres: qꝛ ꝑmo ponit eoꝝ ꝯgregatio. ſcd̄o cōgregatoꝝ dubitatio/ ibi: Et dicebāt. tertio dubij determinatio/ ibi: Un⁹ ex ipſis. In ꝑma igit ꝑte dr ſic: Collegerūt ergo pōtifices: q̄ erāt maioris auctoritatis ꝛ mag' lr̄ati. b ¶ Et phariſei. q̄ videbant ꝑ alijs religioſi: ex qb⁹ factum eoꝝ ꝑui⁹ erat. c ¶ Cōciliū. ſ. aduerſus ieſum. h̄ nō ē ex textu: ſꝫ ſbintelligit.

Diuiſio

B

Nota

Circa hoc notandū ꝙ pōtifices erāt de tribu leui. phariſei aūt ꝓ magna ꝑte erāt de tribu ſymeō: qꝛ ex illa tribu habuit ortū ſecta phariſeoꝝ: ideo in figura hui⁹ ꝑdictū fuit Gen̄. penul. a. Symeō ꝛ leui frēs vaſa iniq̄tat' bellātia: in ꝯſiliū eoꝝ nō veniat aīa mea. d ¶ Et dicebāt. Hic ponit eoꝝ dubitatio q̄d facerēt de ieſu: qꝛ habebāt rōnes ad vtrāqꝫ ꝑtē. ex euidētia eñ miraculoꝝ cogebāt dicere: e ¶ Quia hic hō mlta ſigna facit. ꝛ ex h̄ ſequit ꝙ erat ei credēdū mag' q̄ moyſi: qꝛ moyſes nō tot nec tāta ſigna fecit. ꝛ maxie qn̄ ꝑplo ei ꝑmo credidit: imo valde pauca: vt ꝑʒ Exo. iiij. ꝛ ſic habebāt argumentū ad ipm̄ recipiendū ꝛ honorādū tanq̄ veꝝ xp̄m: ſed econuerſo arguebāt ad ꝯriū: dicentes: f ¶ Si dimit. eū ſic oēs cre. in eū. ſ. in xp̄m: ꝛ qꝛ xp̄o debebat regimē ſm̄ ſcripturas: q̄d male intelligebāt de tpali regno. ideo ex hoc videbat ſeq̄ ꝯ impatorē romanū rebellio: q̄ tūc tpis dn̄abat eis: ꝛ hoc videbat ꝓpinq̄ occaſio deſtructiōis ciuitat' ꝛ templi ꝑ ꝑtātem romani impij: q̄ tūc erat maxia: ꝛ ideo ipi nō habebāt aliq̄ā ꝟtutē reſiſtendi. ꝛ hoc eſt qd̄ dr: g ¶ Et veniēt romani. in tāta fortitudīe ꝙ nō poterimus reſiſtere. h ¶ Et tollēt nřm locū. i. ciuitatē ꝛ tēplū. i ¶ Et gentē. captiuādo ꝑplm̄. ꝛ ſic ꝑʒ ꝙ paſſio timoris ſubuertebat in eis iudiciū rōnis. k ¶ Unus aūt ex ipſis. Hic ponit dubij determinatio.

Diuiſio

Et diuidit in tres: qꝛ ꝑmo dubiū determinat. ſcd̄o determinatio approbat/ ibi: Ab illo āt die. tertio a xp̄o euitat/ ibi: Ieſus ꝗ iā nō in pa. Prima in duas: qꝛ ꝑmo ponit cayphe determinatio. ſcd̄o hui⁹ determinatiōis expoſitio/ ibi: Hoc āt a ſemetipſo. In ꝑma igit ꝑte dr ſic: Unus āt ex ipſis cay. noīe. nō eſt de textu: ſꝫ intelligit nomē eius ꝓpť auctoritatē ſui officij. vñ ſubdit: l ¶ Cū eſſet pō. āni illi⁹. dn̄s aūt ꝑcepat eſſe tm̄ vnū ſūmū ſacerdotē: ꝛ ꝑ totā vitā ſuā: q̄ morien

te aliu

te alius ſibi ſuccederet. vñ ꝛ in morte eius reuertebant fugitiui. ſꝫ ꝓpť cupiditatē ꝛ ambitionē ſuā ſtatuerūt inť ſe illi q̄ erant de genere ſacerdotali vt q̄libet ãno vnus eſſet q̄ illo officio fungeret. Aliā aūt rōnē aſſignat Ioſephus dicēs: A tpe herodis aſcalonite q̄ auxilio romanoꝝ occupauit regnū iudee: ſacerdotiū cōiter vendebat. ꝛ ſic ꝓpť maius lucrū tpale ſūmus ſacerdos frequēť mutabat. m ¶ Dixit eis. ꝓpť auctoritatē officij ſic locutus ē/ dicens: n ¶ Uos neſcitis q̄cq̄ nec cogi. q. d. ꝑmo facie q̄libet intelligēs videre pōt ꝙ ad mortē hui⁹ hoīs debem⁹ laborare. Cui⁹ rō eſt: qꝛ bonū cōe mag' eſt eligēdū q̄ bonū ꝑticulare. ſi aūt hō iſte dimittat: bonū totius ꝑpli diſſipabit: vt ꝑʒ ꝑ ꝑdicta ſm̄ eoꝝ eſtimationē. ꝛ ſic cōcludit ꝙ ſit agendū ad mortē xp̄i: etiā ſi ex parte ei⁹ nō inueniat aliq̄ cauſa. ꝛ hoc eſt qd̄ dr: o ¶ Expedit vobis vt vn⁹ moriat hō. etiam ſi eſſet bonus ꝛ iuſtus. p ¶ Pro ꝑplo. i. ꝓ ꝯſeruatione ꝑpli. q ¶ Et nō to. gēs pe. ſꝫ maneat i vita. h̄ ꝑʒ manifeſte ꝙ paſſio inuidie ꝛ liuoris ꝯ xp̄m: ꝛ paſſio timoris ꝑdēdi gētē ꝛ locū ſubuertebāt i eis rōnis iudiciū: qꝛ i nullo caſu licitū ē interficere innocētē. ꝑ h̄ eñ nō ꝓcurat bonū cōe: ſꝫ mag' deſtruit: ꝓpť qd̄ dei iudicio factū ē ꝙ illud malū qd̄ credebāt ꝑ mortē xp̄i euadere. ſ. deſtructionē loci ꝛ gēt': ꝑ mortē xp̄i incurrerūt: qꝛ in penā hui⁹ peccati: romāi ꝑ titū ꝛ veſpaſianū locū ꝛ gētē deſtruxerūt anno. xlij. poſt paſſionē xp̄i: ſicut fuerat a daniele ꝓphatū. ix. g. Et ciuitatē ꝛ ſanctuariū diſſipabit ꝑplus cū duce vēturo ꝛc̄. ꝛ a ſaluatore ꝑdictū Lu. xix. f. Uidēs ciuitatē ſctām hierlm ꝛc̄. r ¶ Hoc a ſe. h̄ ponit ꝑdicte terminatiōis expoſitio: q̄ q̄dē expoſitio ē iohis euāgeliſte oñdētis q̄liť cayphas ꝑdictā determinationē ꝓtulit. Quis eñ eſſet intētio cayphe dare ſolū ꝯſiliū de xp̄i morte ꝓ tpal' ꝑiculi euaſiōe circa ꝑplm̄ iudeoꝝ: tñ ꝟbū eius ſic ſonabat ꝙ xp̄s erat moriturus ꝓ gēte ꝛ ꝑplo: ꝛ qd̄ ſic fuit ꝓlatū fuit ꝓphetia q̄dāmō de futuro ꝙ xp̄s erat moriturus ꝓ ſalute ſpūali ꝛ nō ſolū iudeoꝝ: ſꝫ etiā oim̄ gentiū q̄ credituri erāt in ipſum. ꝛ hoc eſt qd̄ dr: Hoc a ſemetipſo nō dixit: ſupple ꝑdictū ꝟbū hoc mō ꝓtulit: ſꝫ ꝑ motionē alterius. s ¶ Sꝫ cū eſſet pō. ꝛc̄. qꝛ ipo ignorāte dictū ꝓpheticū ꝓtulit: nō rōne ſui meriti: ſꝫ dignitat' officij. t ¶ Quia ieſus mo. ꝓ gē. ſ. iudeoꝝ: qꝛ multi de iudeis ſaluati ſūt ꝑ ipm̄. v ¶ Et nō tm̄ ꝓ gē. ꝛc̄. nō qꝛ adhuc eſſent filij dei actu: ſꝫ in potētia ad actū reducēda: qꝛ erāt ꝑdeſtinati. x ¶ Qui erāt diſꝑſi. ꝑ diuerſos rit⁹ gentiliū. y ¶ Cōgregaret in vnū. i. in vnā eccl'iaꝫ ex iudeis ꝛ gētib⁹ ꝯſtitutā: vt eſſet vnū ouile ſicut ē vn⁹ paſtor: vt. ſ. dictū eſt ꝑce. ca. ꝓpť qd̄ Gen̄. penl'. g. dr de xp̄o: Ipſe erit expectatio gentiū. nō ſolū iudeoꝝ. Nec h̄ eſt ꝯ illud qd̄ dicit ſaluator Matth. xv. c. Nō ſum miſſus niſi ad oues q̄ ꝑierāt dom⁹ iſrl': qꝛ ibi ſaluator loquit de ſua miſſiōe ad ꝑdicādū in ꝓpria ꝑſona. Propť qd̄ aplus dicit Ro. xv. b. Dico eñ dn̄m ieſum xp̄m miniſtrū fuiſſe circūciſiōis. z ¶ Ab illo. Hic ponit determinatiōis cayphe approbatio q̄uis eſſet iniq̄: qꝛ oēs alij erāt affectati ad ꝓcurādū mortē xp̄i: ſicut ꝛ ipſe. ꝛ hoc ē qd̄ dr: Ab illo ergo die co. vt inter. ie. Licet eñ añ habuiſſent volūtatē interficiēdi ipm̄: vt patuit ꝑ ꝑdicta: tñ ex ꝯſilio cayphe diffinierūt h̄ adiplere q̄ citius poſſent. a ¶ Ieſus ergo. Hic ꝯñr ponit hui⁹ determinatiōis declinatio. nō eñ adhuc erat tps paſſiōis xp̄i a deo ꝑordinatū: ꝛ iudei q̄rebāt occidere eū: vt viſum ē: ideo receſſit ad tps. ꝛ hoc ē qd̄ dr: Ieſus ergo iā nō in palā ābu. apd̄ iudeos q̄uis eñ inter eos exiſtēs poſſet eoꝝ ipetū refrenare: tñ voluit ad tps latere ꝛ ſe occultare rōnib⁹ ꝑdict' ca. viij. ꝛ. x. vbi ſiť agit de ſua occultatōe. b ¶ Sꝫ abijt in regionē iuxta deſertū. vbi pauci ď iudeis erāt. c ¶ In ciuitatē q̄ dr ephrē q̄ erat parua ꝛ paꝝ populata. d ¶ Et ibi morabat cū diſci. ſuis. vſqꝫ ad tps ꝓpinquū ſue paſſiōis. e ¶ Proximū aūt erat paſcha iu. Hoc ſbdit ad oñdendū ꝙ xp̄s ꝑuo tpe in illa

C

Ioſephus

† L. q. x. vi/ cū ē a dño

† mat. 12. b.
Marc. 3. a

D

† mat. 26. a.
Mar. 14. a
Luc. 22. a.

